

P. K. 189.

Gregorius I.

Ek 189



DIVI
GREGORII

PAPAE, COGNOMENTO Magni, ex omnibus
cuius operibus iam recens
summo studio, & labore selecti

FLORES.

*Huberto Scutteputao, Canonico
Regi Concinnatore.*

ET

Eiusdem D. Gregorii Papae Concordia
quorundam locorum sacrae
scripturae.

Apud Sebastianum Niuellium, sub
Ciconiis, via Iacobæa.

1572.

Cum priuilegio Regis.

Gregorius I Papa

GREGORII

PAPA
[Werke 402.]

monito Mag[ist]ro M[onito]
eius op[er]ibus iam recens



ERLEBEN

Einzelne in Jacobus

1771

Com. phil. v. d. H.

VIRO EXIMIA

ERVDITIONE, MVLT
ta prudentia, ac rerum
peritia insigni, D. Gre-
gorio de Dyuen, Iuris
peritiæ licentiatō, ami-
co, ac patrono suo in
maioribus colendo.

HVBERTVS SCVT-

teputæus Canonicus Regula-
ris in monasterio Bethlec-
mitano extra muros
Louanienses.

S. P. D.



*V*um proximis hisce an-
nis nonnulli hereticorum
maiori temeritate, quàm
bona adducti ratione,
Gregori amice ac patrone, omni eru-
ditionum virtutumque genere or-

S. y

EPISTOLA.

natisſime, paſſim ſacras ades deu-
ſtarent, diuorūque imagines, &
ſacra omnia in cinerem & ſauillam
redigerent, quo non ſolū Religio-
nis unitatem atque concordiam, ve-
rū etiam ſalutem totam Chriſtia-
ni nominis in diſcrimen vocatum
iri videbamus: nos timore percuſi,
ſelectiſſima quæque Bibliotheca no-
ſtra volumina, paucis dūtaxat ſtu-
dij gratia reſeruatis, vnā cum tota
ſupellectile, ad Almam ciuitatem
Ionanienſem, Academiā impri-
mis celebrem, omnique ſtudiorum
genere florentiſſimam, quæ ſemper
domicilium (ut tute ſcis) virtutis
atque prudentiæ optimo iure eſt ha-
bita, deueximus. Itaque librorum
copia deſtitutus, ab illo opere, quod
inchoaram de diuinæ & humanæ
natura vera cognitione conſcribere,
penitus ſuperſedendum fore opera-

EPISTOLA.

præciū duxeram: præsertim cum il-
lo tempore calamitoso, vndique Re-
ligione Christiana oppugnata, atque
vexata, absoluerē atque expolire ad
vnguem minimè potuissem. Nam si
iuxta inclytum Oratorem Cicero-
nem, à quo Romana eloquentia exi-
luit, silent inter arma leges, quantò
magis studia scripturarum, quæ &
librorū multitudine & silentio, ac
librariorū sedulitate, quodque pro-
prium est, securitate & otio dictan-
tium indigent? Ne tamen interim
inerti otio, quo & ingenium &
corpus languescit, & quo nihil vir-
tuti est infestius, torperem: rogatu
Ioannis Belleri, typographi Antuer-
piani, viri in re literaria iuuanda
ac promouenda non infimi, ex om-
nibus diuī Gregorij papa lucubra-
tionibus, sententias has, non minus
pias, quam doctas, omnibus diuini

A ij

EPISTOLA.

verbi praeconibus, sacrariumque literarum studiosis summopere collegi necessarias. Quas quum iam per diu praelo in publicum ad communem studiosorum utilitatem ex amplissima sua officina emittere statuisset: diuino ut arbitror nutu contigit, quod editio hunc usque in diem dilata sit. Nam cum is proximo elapso Maio, Parisios ob mercatum profectus esset, comperit ibidem ad incudem reuocatum iri huius sanctissimi pontificis opera. Itaque visum fuit non tam nobis, quam typographis ipsis, hac nostra ex intimis huius spectatissimi pontificis penetralibus deprompta, magno illi & heroico volumini ascisci: praesertim cum huiusmodi (ut dixi) nobis sint visa, ut non modo digna scitu, verum etiam plane talia, ut literis mandata, mortalibus omnibus imitanda

EPISTOLA.

vulgarentur in publicum. Quare
 quisquis sacrarum rerum lector esse
 cupit, hoc præclarum opus cedro, imò
 Atlante quous dignum, atque has
 sententias multa sanè cum pietate,
 tum amœnitate refertas sibi compa-
 rabit: quarum eruditus & amœnus
 stylus, faciliè animum uniuscuiusque
 ad legendum afficiet. Nam (ut ve-
 rum fatear,) blanda huius sanctis-
 simi viri scriptiōis facies, in tātū
 mulsit animi mei affectum, & quod
 in iis latebat, delectauit etiam me
 summo cum labore inuestigare: nec
 fatigauit tamen inquirendi diffi-
 cultas, ubi eloquiū mulcebat suau-
 tas. Singula quaque sententia ex eo,
 quòd suauiter sonet, affectum mul-
 cet, & de sensuum vbertate mētem
 impinguat, ac nutrit: & de altitu-
 dine mysteriorum, dum intellectum
 quò plus exercet, plus terret, miro

A iiij

EPISTOLA.

modo tumorem non solum instantis
scientiæ sanat: verum etiam erudi-
tum lectorem de canina (ut ait Ap-
pianus) facundia ad Christi Domini
disertitudinem transmigrare iubet.
Omnibus autem sese conformat, om-
nium in se transfert affectus: ma-
trem se probat non minus deficien-
tium, quàm proficientium: paruulo-
rum adhuc in Christo teneritudi-
nem blandè fouet: edocet præterea
per necessariam multa quidem cum
diligentia disciplina censuram: nul-
lis verò honestis studiis incumben-
tes ad meliorem exhortatur frugem.
Vitiosa quæque atque superflua, &
omne, quod offendiculum dare, &
impedire fructum salutis possit pu-
tare iam & refecare monet, sciens
quæ tempus putationis aduenerit.
Hæreticos verò, qui paruulos Eccle-
siae passim publicè deglutire festi-

EPISTOLA.

nant, quanta cum facilitate conuin-
cat, magis perspicuum est, quàm ut
commemoratione egeat. Nam here-
set dilucidè confutat, verisimilia à
verò clarè apertèque distinguit: pra-
ua dogmata, plana & irrefragabili
ratione, praua esse, necnon lœdoris
plena lucidius demonstrat: prauum
denique intellectum, extollentem se
aduersus scientiam Dei in captiui-
tatem redigit. Et quid multis? San-
ctarum quicquid est scripturarum,
quicquid potest humana lingua pro-
ferre, & mortalium sensus accipere,
hisce doctissimi viri operibus conti-
netur. verè tērque quaterque mi-
randum, & ambabus (quod aiunt)
manibus, ac totis medullis cordis am-
plexandum opus. Quod idcirco mihi
visum est, ut sermo ad te recurrat
Gregori vir amplissime, patrone ac
amice integerrime, (quem diuini nu-

EPISTOLA.

minis potentia tot ingenij, & doctrinae, ac humanitatis, liberalitatisque laudibus ornavit, ita ut merito illud tibi congruat: Dignus qui cum in tenebris mices) Tuae amplitudini dicare atque destinare: tum quia sub sacro fonte huius sanctissimi Pontificis nomen sortitus sis, cuius vita integritatem & moribus, & vita exprimere in dies conaris: tum etiam ut mea singularis in te observantia, & grata animi voluntatis pro tuis eximiis erga me, meosque dominos confratres meritis, quae & multa profecto & insignia sunt, argumentum ac testimonium aliquod gratitudinis extaret, per quod nos vicissim studiosissimos, ac tuamantissimos esse, exactè intelligeres. Equidem praestantiora multo, pro tuis in nos favoribus Amplitudini tuae praestare deberemus. Verum

EPISTOLA.

enimuerò quum maioribus officiis
tibi gratificari non possumus: hæc
ab optimo animo, & propensissima
erga te voluntate profecta, pro gene-
rosa tua indole, æqui bonique vt
consulas, equidem te vehementer e-
tiam, atque etiam rogo. Vale. D.
Patrone iniegerrime, & præstantis-
simæ omnium sceminarum matri
tuæ, itẽmque vnico filio tuo Grego-
rio, adolescenti non solum summa spe
atque indole omnium virtutum,
sed ipsis iam virtutibus prædito, te
quæso salutem meis verbis pluri-
mam. Datum in cellulâ nostra
Bethleemitana, Anno à partu vir-
gineo M.D. LXXI. Mense & die.

Tuæ dignitati omni officio-
rum genere addictiss. Cliens
Hubertus Scuttreputæus
Louaniens.

PRIVILEGII SVMMA.

Carolus IX. Dei gratia Franco-
rum Rex Christianissimus suo
diplomate sanxit, ne quis præter Se-
bastianum Niuellium imprimat D.
Gregorij papæ Flores, & Concor-
diam quorundam locorum sacrae
scripturae, vel alibi impressos diuen-
dat in Galliis, sub pœnis quas conti-
nent vberiores Priuilegij literæ,
Lutetiæ indultæ, 10. Aprilis. anno
1571.

FLORES
DIVI GREGORII

PAPAE, COGNOMEN-
to Magni, ex omnibus e-
ius operibus iam recens
summo studio, & labore
seçcti.

*Huberto Scutteputæo, Canoni-
co Reg. Concinnatore.*

DE ABNEGATIONE

fui. Cap. 1.

Semetipsum abnegare quid.

Semetipsum abnegat,
qui mutatur ad me-
liora, & incipit esse
quod non erat, & desinit esse
quod erat.

Hom. 10.
super E-
zech. lib. 1.

FLORES

Petrus & Andreas multa, licet pauperes, propter Deum reliquerunt, qui sibi nihil reseruauerunt.

Hom. 5.

sup. Euāg.

Ad vnus iussione vocem
 Petrus & Andreas relictis re-
 tibus, secuti sunt Redempto-
 rem. Quid ergo, fratres charis-
 simi, quid in ei⁹ iudicio dicturi
 sumus, qui ab amore præsente
 seculi, nec praeceptis flectimur,
 nec verberibus emendamur?
 Sed fortasse aliquis tacitis sibi
 cogitationibus dicat: Ad vo-
 cem Dominicam vterque est
 euocatus. Verum iste piscator
 quid, aut quantum dimisit, qui
 penè nihil habuit? Sed hac in re
 affectum debemus potius pen-
 sare, quàm cēsum. Multum re-
 liquit, qui sibi nihil retinuit:
 multum reliquit, qui quātum-
 libet parum totum deiecit.

D. GREGORII.

Certè nos & habita cum amo-
re possidemus, & ea, quæ mini-
mè habemus, ex desiderio
quærimus. Multum ergo vter-
que reliquit, quando etiam de-
sideria habèdi dereliquit. Mul-
tum dimisit, qui cum re posses-
sa etiam concupiscētis renun-
ciauit. Multa igitur relinquitis,
si desideriis terrenis renūciatis.

Nisi quis à semetipso defi- In explan.
ciat, ad eum qui supra ipsum 7. Psal. pœ
est, non appropinquat. nit.

DE ADVERSITATE.

Capitulum III.
Aduersa qui magno animo presert,
veraciter est rectus.

Illi veraciter recti sunt, qui Lib. 5. Mo
amore supernæ patriæ, ad ral. cap. 14
cuncta præsentis vitæ aduersa
præparatur. Nam qui pro æter-

FLORES

nis bonis mala hinc perpeti me-
tuunt, recti non sunt.

*Aduersitas nimia insensibilem
animum reddit.*

Lib. 9. Mo
ral. cap. 44
veteri di-
stinctione
nova 37.

Lib. 9. Mo- Sicut moderata afflictio la-
ral. cap. 44 chrymas exprimit, ita immo-
veteri di- derata subducit: quia mœror
stinctioe ipse quasi sine mœrore fit, qui
noua 37. afflicti mentem deuorans, sen-
sum doloris tollit.

Lib. 20.
Mor. c. 25.

Lib. 20. *Aduersitas quando non deiecit.*
Mor. c. 25. Nulla aduersitas deiecit, quæ
prosperitas nulla corrumpit.
Rectæ mentis est, Deum
non solum in prosperis bene-
dicere, sed etiam in aduersita-
tibus collaudare.

DE

D. GREGORII.
DE ADVLATIONE. Lib. Mor.

Caput III.

18. cap. 3.

vet. nou. 8.

vet. no. 24.

Lib. epist.

8. cap. 31.

Adulatores dum malefacta hominum laudibus efferunt, augent quæ increpare debuerunt.

SVnt nonnulli qui dum malefacta hominum laudibus efferunt, augent quæ increpare debuerunt. Hinc enim per Prophetam dicitur: Væ qui confuunt puluillos sub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis. Ad hoc enim puluillus ponitur, vt mollius quiescat. Quisquis ergo malè agentibus adulatur, puluillum sub capite vel cubito iacentis ponit: vt qui corripit ex culpa debuerat, in ea fultus laudibus, molliter quiescat.

Ezech. 13.

B

FLORES

*Rector Ecclesiæ suo studio, & dō
Etrina placere populo inaniter
non concupiscat.*

Li. 2. past.
curæ. ca. 8.

Hostis Redēptoris est, qui
per recta opera quæ facit, eius
vice ab ecclesia amari concu-
piscit: quia adulterinæ cogita-
tionis est reus, si placere puer
sponsæ oculis appetit, per quē
sponsus dona transmisit.

Lib. 1. dial.
cap. 4.

Occupato in multis animo,
adulatio facilè surrepit, nisi ab
ipso cordis ostio citiùs repul-
sa fuerit.

Adulatores nō sunt audiendi.

Hom. 11.
sup. Ezech.
lib. 1.

Adulatio si vel ad tempus
patienter suscipitur, augetur: &
paulisper demulcet animū, vt
à rigore suæ rectitudinis mol-
lescat in delectatione sermo-
nis. Sed ne crescere debeat, sta-
tim est, & sine mora ferienda.

D. GREGORII.
DE AMORE AETER-
NAE VITAE.

Caput IIII.

*Aeterna desideranti, temporalia
vilescunt.*

Qui ad appetenda æterni-
tatis atria attenditur, di-
gnum profectò est, vt ab hoc
temporalitatis amore lassetur: Lib. 4. Mo-
ral. cap. 39.
vet. no. 30.
vt tanto frigescat ab studio se-
culi, quantò surgit ardentior
in amorem Dei. Quem scilicet
si perfectè arripit, mundum e-
tiam plenè derelinquit: & cò-
funditus temporalibus mori-
tur, quò ad supernam vitam al-
tius afflatu æternitatis anima-
tur.
*Qui aeterna cogitat bona, mala nulla
pensat presentia.*

B ij

Li. 10. Mo. ol. 4. di. I
et. 12. di. I
et. 12. di. I Mala vitæ præsentis tantò
 ral. cap. 19. ol. 4. di. I
et. 12. di. I
et. 12. di. I durius animus sentit, quantò
 vet. 12. no. pensare bonum, quòd sequi-
 tur, negligit: & quia non vult
 præmia considerare, quæ re-
 stant, grauiæ æstimat esse quæ
 tolerat. At si semel quisque ad
 æterna se erigat, atque in his,
 quæ incommutabiliter perma-
 nent, oculum cordis figat, pro-
 pè nihil esse cõspicit, quicquid
 ad finem currit: præsentis vitæ
 aduersa tolerat, sed quasi nihil
 esse omne quòd labitur, pen-
 sat. Quòd enim se internis gau-
 diis robustius inserit, eò minus
 exterius dolores sentit.

Ibid. c. 21. ol. 4. di. I
et. 12. di. I
et. 12. di. I Sancti viri quia summa præ-
 vet. 12. no. dultus diligunt, in infimis du-
 ra patiuntur: sed in fine gaudij
 lumen inueniunt, quòd habere
 in hoc spatio percurrentis vitæ

D. GREGORII.

contemnunt.

Bonorum mens quò duriora pro veritate tolerat, eò æternitatis præmia certius sperat. Tantò nanquè spes in Deum solidior surgit, quantò pro illo quisquè grauiora pertulerit: quia nequaquam retributionis gaudium de æternitate colligitur, quod non hic prius pia tribulatione seminatur.

Pi quique præsentis vitæ copiam, inopiam deputant.

Sancti viri omnem præsentis vitæ copiam, inopiam deputant: quia videlicet nihil extra Deum sufficit menti, quæ veraciter Deum quærit, & plerunque eis ipsa sua abundantia fit vehementer onerosa: quia hoc ipsum grauius tolerant, quod festinantes ad patriam in

B iij

Ibid. ca. 27.

vet. 12. no.

Li. 22. Moral. ca. 3.

vet. nou. 2.

Lib. 1. Dia itinere multa portant.
 log. in pref. Sunt nonnulli, quos ad amo-
 ad Petr. rem patriæ cælestis plus exem-
 Diaco. pla, quàm prædicamenta suc-
 cendunt.

Hom. 10. *Præsentis vitæ dulcedo diuina com-*
 sub. Ezech. *parata, amaritudo est.*

lib. 1. Mentem quam Spiritus san-
 ctus replet, in amaritudinem
 temporalium, delectatione æ-
 ternorum commonet. Dulce
 enim est esse in rebus huma-
 nis, sed ei, qui adhuc de cœle-
 stibus gaudia nulla gustauit:
 quia quantò minùs æterna in-
 telligit, tantò delectabilius in
 temporalibus requiescit. At si
 quis iam cordis ore gustauerit,
 quæ sit illa dulcedo cœlestium
 præmiorum, qui illi hymnidici
 Angelorum chori, quæ incõ-
 præhensibilis visio sanctæ Tri-

D. GREGORII. 10
nitatis: huic quantò illud dulce
fit, quod intus videt, tantò in
amaritudinem vertitur omne,
quod foris sustinet.

*Vita cœlestis cupidus cuncta ter-
rena facile derelinquit.*

Qui cœlestis vitæ dulcedi-
nem, in quantum possibilitas Hom. 17.
admittit, perfectè cognouerit, sup. Euag.
ea, quæ in terris amauerat, li-
benter cuncta derelinquit. In
comparatione eius vilescunt o-
mnia, deserit habita, congrega-
ta dispergit, inardescit in cœ-
lestibus animus, nil in terrenis
libet, deforme cōspicitur, quic-
quid de terrenæ rei placebat
specie: quia sola preciosæ mar-
garitæ claritas fulget in mente.
De cuius dilectione rectè per
Salomonem dicitur: Fortis est Cant. 8.
ymors dilectio: quia videli-

B iiij

FLORES

cet sicut mors corpus interimit, sic ab amore rerum corporalium æternæ vitæ charitas occidit. Nam quem perfectè absorbuerit, ad terrena foris desideria velut insensibilem reddit.

Amor Dei nunquam est otiosus.

Hom. 30. Nunquam est amor Dei otiosus. Operatur etenim magna, si est: si verò operari renuit, amor non est.

sup. Euāg.
Ibid.

Tantò quisque à superno amore disiungitur, quantò inferiùs delectatur.

DE AMORE DEI,
ET PROXIMI.

Caput V.

Charitas præceptum duplex.

Li. 7. No-
ral. cap. 11.
vet. 10. no.

DVo sunt præcepta charitatis, Dei videlicet amor &

D. GREGORII.

proximi: per amorē Dei, amor
proximi gignitur: & per amo-
rem proximi, amor Dei nutri-
tur. Nam qui amare Deum ne-
gligit, profectò diligere proxi-
mum nescit: & tunc plenius in
dilectione Dei proficimus, si
in eiusdem dilectionis gremio
prius proximi charitate liga-
mur.

*Vita nostra quotidie tendat in cha-
ritatem Dei, & proximi.*

Vita nostra tendi quotidie
per charitatem debet in amo-
rem Dei, simul & proximi: quia
quisquis hīc dilectionem Dei,
ac proximi seruare studuerit,
ipse ad æternitatis atrium per-
tingit.

Hom. 16.
sup. Ezech.
li. 2.

FLORES
DE AMORE MVNDI.

Caput VI.

*Serui Dei tranquillæ habent animas,
filij verò huius mundi densis co-
gitationum tumultibus in
corde vexantur.*

Lib 4. Mo
caa. 33. vet.
28. no.

OMnes qui illicita appetunt,
vel in hoc mundo aliquid
videri volunt, densis cogita-
tionum tumultibus in corde
comprimuntur. At contra san-
cti viri, qui nihil huius mundi
appetunt, multis proculdubio
in corde tumultibus premun-
tur: omnes quippe inordina-
tos desideriorum motus à cu-
bili cordis, manu sanctæ con-
siderationis eiiciunt: & quia
transitoria cuncta despiciunt,
ex his nascentes cogitationes
non patiuntur: solam namque

D. GREGORII.

æternam patriam appetunt, &
quia nulla huius mundi dili-
gunt, magna mentis tranquilli-
tate perfruuntur.

Amatores huius seculi tantò
magis exteriora colunt, quan-
tò interiora sua inculta dere-
linquunt.

Li. 8. Mor.
cap. 7. vet.
8. no.

Si præsentis vitæ viam, illi
sine contagione transire ne-
queunt, qui æterna cogitantes,
se contra temporalia accingūt:
quæ detrimenta illi sustinent,
qui esse in carnalis habitatio-
nis voluptatibus gaudent?

Ibi. ca. 28.
vet 29. no.

Nemo valet mobilia diligere,
& ipse immobilis stare. Qui e-
nim transeuntia amplectitur,
eo ipso ad cursum ducitur, quo
decurrentibus implicatur.

Li. 8. Mor.
ca. 28. vet.
24. no.

Qui lucro inhiat, dāna formidat.

Quisquis præsentem gloriā

Li. 10. Mor.

ca. 22. vet.

12. no.

quærit, profectò despectum
 metuit. Qui semper lucro in-
 hiat, semper damna formidat.
 Cuius enim perceptione refi-
 citur, eius rei proculdubio &
 amissione sauciatur: & quò ob-
 ligatus mutabilibus ac peritu-
 ris inhæret, eò longè in infimis
 ab arce securitatis iacet. At cõ-
 trà quisquis in solo æternitatis
 desiderio figitur, nec prospe-
 ritate attolitur, nec aduersitate
 quassatur: dum nihil habet in
 mundo quod appetat, nihil est
 quod de mundo pertimescat.
 Hinc etenim Salomõ ait: Non
 contristabit iustum quicquid
 ei acciderit. Quia tantò quis-
 que à se plenius pauorem, qui
 ex mundo est, abiicit, quantò
 in semetipso veriùs concupi-
 scentiam mundi vincit.

Prou. 16.

D. GREGORII.

Amor seculi impedit amorem dei.

Qui præsentis seculi delectatione gressum cogitationis figit, hic transire ad æternam patriam perfectis desideriis nescit.

Li. 15. Mor
cap. 26. vet
35. no.

Amatores mundi in rebus terrenis

gnani sunt, in cœlestibus

vero tepidi.

Omnes huius seculi dilectiones in terrenis rebus fortes sunt, in cœlestibus debiles. Nā

Li. 19. Mo.
ca. 25. vet.
16. no.

pro temporali gloria usque ad mortem desudare appetunt, & pro spe perpetua, ne parū quidem in labore subsistunt: pro terrenis lucris, quasi libet iniurias tolerāt, & pro cœlesti mercede vel tenuissimi verbi ferre contumelias recusant. Terreni iudici toto etiam die assistere fortes sunt, in oratione vero coram Domino vel vnius ho-

ræ momento lassantur. Sæpe
nuditatem, deiectionem, famē
pro acquirendis diuitiis, atque
honoribus tolerant, & earum
se rerum abstinencia cruciant,
ad quas adipiscēdas festinant:
superna autem laboriosè quæ-
rere, tantò magis dissimulant,
quantò ea retribui tardiùs pu-
tant, &c.

*Sine dolore amittitur, quod sine
amore possidetur.*

Li. 21. Mo.
ca. 10. vet.
7. no.

Ibi est grande studiū defen-
sionis, vbi est grauior vis amo-
ris. Nam quantò magis terrena
diligat, tantò priuari vehemen-
tiùs pertimescit. Qua enim mē-
te aliquid in hoc mundo pos-
sidemus, nō docemur, nisi cū
amittimus. Sine dolore nāque
amittitur, quicquid sine amo-
re possidetur. Quæ verò arden-

D. GREGORII.

ter diligimus habita, grauiter
suspiramus ablata.

*Et nonnulli quietem cunctis mundi
honoribus preponunt: ita nonnul-
li, vt aliquid in mundo esse vide-
antur, terrenis laboribus insu-
dant.*

Sicut sunt nōnulli, qui quie-
tem cunctis mundi premiis at-
que honoribus preponunt: ita
nonnulli, vt in hoc mundo a-
liquid esse videantur, terrenis
laboribus infudāt, insistūt cau-
sis, permiscētur iurgiis. Et quā-
uis se corpore deficere inter la-
bores sentiant, amore tamen
terrenarum rerum deuicti de-
lectabiliter fatigantur. Quibus
per Prophetā dicitur: Ephraim. Osee 10.
vitula docta diligere trituram.
Vitula etenim in tritura areæ
assueta. etiam si relaxatur à la-

Hom. 10.
sup. Ezech.
lib. 1.

bore, sponte redit. Sic quibusdam prauis mentibus nihil est laboriosius, quàm si eis præcipitur, vt in huius mûdi actibus non laborent. Nam sæpe quidã repulsi ab actione terrena, deprecantur, vt redeant: rogant vt premãtur, graue se incurrisse periculum quietem putant. *Mundus transit & concupiscentia eius: & ad hoc similitudo imprimis elegans.*

Ho. i. sup.
Euang.

Sicut in iuuetute viget corpus forte, & incolume manet pectus, teporosa ceruix, plena sunt brachia: in annis autem senilibus statura curuatur, ceruix exiccata deponitur, frequentibus suspiriis pectus vrgetur, virtus deficit, loquentis verba anhelitus interdicit: nam etsi langor desit, plerumque senibus ipsa

D. GREGORII.

sa salus ægritudo est: Ita mundus in annis prioribus, velut in iuuentute viguit, ad propagandam humani generis prolem robustus fuit salute corporum viridis, opulencia rerū pinguis: At nunc ipsa sua senectute deprimitur, & quasi ad vicinam mortem molestiis crebrescentibus crebrius vrgetur. Nolite ergo fratres mei diligere, quem 1. Ioan. 2. videtis diu stare nō posse, præcepta Apostolica in animo ponite, quibus nos admonet, dicēs: Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt: quia si quis diligit mundū, non est charitas patris in eo.

Præsentia gaudia sequuntur

æterna lamenta.

Nemo potest & hīc gaudere Ho. II. sup. cum seculo, & illic regnare cū Euang.

C.

FLORES.

Christo: quia presentia gaudia
sequuntur perpetua lamenta.

*Terrenorum amor efficit
animas curuas.*

Ho. 31. sup.
Euang.

Omnis peccator terrena cogitans, celestia non requirens, sursum respicere nō valet: quia dum desideria inferiora sequitur, à mentis suæ rectitudine curuatur: & hoc semper videt, quod sine cessatione cogitat.

Alius de honorib⁹, alius de pecuniis, alius de prædiorum ambitu cogitat. Hæc cūcta in imo sunt, & quando mens talibus implicatur, ab status sui rectitudine flectitur.

*Temporalia sunt in usu, æterna
in desiderio.*

Ho. 36. sup.
Euang.

Si bona mūdi relinquere nō potestis, sic tenete, quæ huius mundi sunt, vt tamē per ea nō

D. GREGORII.

teneamini in mundo: vt terrena res possideatur, non possideat: vt sub mentis vestræ dominio sit, quod possidetis, ne mens vestra, dum terrenarum rerum amore vincitur, à rebus suis ipsa magis possideatur. Sit ergò res temporalis in vsu, æterna in desiderio: sit res temporalis in itinere, desideretur, æterna in peruatione.

*Omnia relinquere possumus
etiam retinendo.*

Omnia etiam retinendo relinquitis, si sic temporalia geritis, vt tamē tota mente ad æterna tendatis.

*Cuius est quilibet Hierusalem
aut Babylonis.*

Vnusquisque aut Hierusalem aut Babylonis cuius est. Sicut

In expla-
nat.

C ij

FLORES.

4. Psal. pœ.
nit.

enim per amorem Dei, sanctus
quisque Hierusalem ciuis effi-
citur: ita per amorē seculi, om-
nis iniquus in Babylonis stru-
ctura operatur.

DE ANGELIS.

Caput VII.

*Angeli semper vident faciem
patris.*

Li. 2. Mor.
cap. 3. vet.
2. no.

Angeli non sic à diuina vi-
sione foras exeunt vt in-
ternæ contemplationis gaudiis
priuentur: quia si conditoris a-
spectum exeuntes amitterent,
nec iacentes erigere, nec igno-
râtibus vera nunciare possent,
fontemque lucis, quem egre-
dientes ipsi perderent, cæcis
nullatenus propinarent.

Angeli circumscribuntur loco.

Ibid.

Angelorum spiritus loco

D. GREGORII.

quidem circumscripti sunt, sed
tamen eorum scientiæ longè
super nos incomparabiliter di-
latantur. Interius quippe exte-
riusq; sciēdo diffusi sunt, quia
ipsum fontem scientiæ cōtem-
plantur. Quid enim de iis, quæ
scienda sunt, nesciūt, qui sciē-
tem omnia sciunt? Et mittun-
tur igitur, & assistunt: quia per
hoc quòd intus quoque præ-
sentes sunt, nunquam recedū.

Hiscē de rebus compertiora
habes lector, in opusculo quod
edidimus de diuinæ & humanę
naturæ cognitione libr. I. pro-
inde hoc loco hæc missa fa-
cimur.

Natura angelica mutabilis.

Natura angelica etsi contē-
plationi authoris inhærendo,
in statu suo immutabiliter per-

Li. 5. Mor.
ca. 27. vet.
9. no.

C iij

FLORES

manet, eo ipso tamē, quo creatura est, in semetipsa vicissitudinē mutabilitatis habet. Nam si angelorum substantia à mutabilitatis motu fuisset aliena, bene ab authore condita, nequaquā in reprobis spiritibus à beatitudinis suæ arcæ cecidisset.

Li. 9. Mor.
ca 36. ver.
28 no.

Angelorū delictū cur irremissibile.

Angelorum spiritus idcirco irremissibiliter peccauerūt, quia tãto robustiùs stare poterāt, quãtò eos carnis cōmixtio non tenebat. Homo verò idcirco post culpā veniam meruit, quia per carnale corp⁹ aliquid, quo semetipso minor esset, accepit. Vnde & apud respectum iudicis, argumentū pietatis est hæc eadē infirmitas carnis, sicut per Psalmistam di-

Psal. 77.

D. GREGORII.

citur: Ipse autem est misericors
& propitius fiet peccatis eo-
rum, & non disperdet eos. Et
multiplicauit, vt auerteret iram
suam ab eis, & non attendit om-
nem iram suam, & rememora-
tus est, quia caro sunt.

DE ANIMA.

Caput VIII.

Anima nostra localis est.

Q Vanuis incorporea sit a-
nima, quia tamen corpori
inheret, ex ipsa sui qualitate lo-
calis cognoscitur, quæ carnali
loco detinetur.

*Sanctorum anima, quod extra
est, non ignorant.*

Sicut hi, qui adhuc viuentes
sunt, mortuorum animæ quo
loco habeantur, ignorant: ita
mortui vitam in carne viuen-

Li. 5. Mor.
ca. 25. vet.
26. no.

Li. 12. Mor.
cap. 13. vet.
14. no.

C iij

tium post eos, qualiter disponatur, nesciunt: quia & vita spiritus longè est à vita carnis: & sicut corporea atque incorporea diuersa sunt genere, ita etiam distincta cognitione. Quod tamen de animabus sanctis sentiendū non est: quia quæ intus omnipotentis Dei claritatem vident, nullo modo credendū est, quia foris sit aliquid, quod ignorant.

Anima Dei quid.

Cū sit cunctis corporibus exterior, cunctis mentibus interior Deus, ea ipsa vis eius, qua omnia penetrat, cūctaque disponit, anima illius in scripturis sacris appellatur.

Li. 16. Mor.
cap. 19. ver.
18. no.

Dum corpus obdormiscit in morte, tunc anima euigilat in vera cognitione.

D. GREGORII.

Via mentis, sensus exteriores.

Cum sit inuisibilis anima, ne
quaquam corporearum rerum
delectatione tãgitur, nisi quod
inhærens corpori, quasi quædã
egrediendi foramina eiusdem
corporis sensus habet.
Visus quippe, auditus, gustus,
odoratus, & tactus, quasi quæ-
dam viæ mentis sunt, quibus
foras veniat: & ea, quæ extra e-
ius sunt substantiam, concupi-
scat. Per hos etenim corporis
sensus, quasi per fenestras quas-
dam exteriora quæque anima
respicit, respiciens concupiscit.
Hinc etenim Hieremias ait: A-
scendit mors per fenestras no-
stras, ingressa est domos nostras.
Mors quippe per fenestras af-
cendit, & domum ingreditur,
cum per sensus corporis concu-

Li. 21. Mor
cap. 2.

Hier. 9.

piscentia veniens, habitaculum
intrat mentis.

Anima inuisibilis est.

Li. 4. dial.
cap. 5.

Natura animę inuisibilis est,
atque ex corpore inuisibiliter
egreditur, sicut in corpore in-
uisibiliter manet.

Il 15. ca. 15. *Si ante restitutionem corporis recipi-
antur in cœlo animæ iustorum.*

Sunt quorundam animę iu-
storum, quę à cœlesti regno
quibusdam adhuc mansioni-
bus differuntur. In quo di-
lationis damno quid aliud in-
nuitur, nisi quodd de perfecta
iustitia aliquid minus habue-
runt? Et tamen luce clariùs
constat, quia perfectorum ani-
mæ, mox, ut huius carnis clau-
stra exeunt, in cœlestis regni
sedibus recipiuntur, quodd &
ipsa per se veritas attestatur, di

D. GREGORII.

cens: Vbi cūque fuerit corpus, Luc. 17.
illuc cōgregabuntur & aquilæ:
quia vbi ipse redeptor noster
est corpore, illuc proculdubio
colliguntur iustorum animæ.

*Animæ iustorum in die iudicij
pro iustitiæ suæ retributione,
quid sint receptura.*

Hoc eis nimirum crescit in Ibidem.
iudicio, quòd nunc animarum
sola, postmodum verò etiam
corporum beatitudine persui-
untur, vt in ipsa quoque carne
gaudeant, in qua dolores pro
Domino cruciatūsque pertule-
runt. Pro hac quippe geminata
eorum gloria scriptum est: In Isa. 62.
terra sua duplicia possidebunt.

*Anima & mortalis & immor-
talis.*

Anima & mortalis esse intelli- Li. 4. dial.
gitur, & immortalis. Mortalis cap. 45.

quippe, quia beatè viuere amit-
 tit: immortalis autē, quia essen-
 tialiter viuere nunquā desinit:
 & naturæ suæ vitam perdere nō
 valet, nec cū in perpetua mor-
 te fuerit damnata. Illic enim
 posita, beatā esse perdit & esse
 non perdit. Quia ex re colligi-
 tur, vt & mortem sine morte, &
 defectum sine defectu, & fi-
 nem sine fine patiatur: quaten⁹
 ei & mors immortalis sit, &
 defectus indeficiens, & finis in-
 finitus.

In expof.
 Cāt. Cant.

Sanguis Christi animam re-
 demit, & eam quotidie nutrit.

*Anima deuota columba
 comparatur.*

Ibid.

Anima deuota dum simpli-
 cem deum cordis simplicitate
 perfcutatur, nequaquam mun-
 di ineptam, lætitiā diffoluta

D. GREGORII.

festatur: sed semper ad æterna
festinans, columbæ gemitum
pro cantu diligendo imitatur.

Sancta anima myrrha compa-
ratur.

Sancta anima dum carnem Ibid.
suam à putredine vitiorum mor-
tificat, dum omnes mundi volu-
ptates per continentiam abnegat
quasi myrrham mortuo corpori
adhibet, ut post iudicium à
corruptione æterna sanum per-
maneat.

Sancta anima in hoc mundo Ibid.
quanta potest bona opera o-
peratur, ut bene operans deside-
rio & intentione sancta, ad æ-
terna se extendit: nihilque bo-
ni agit, nisi ea intentione ut ad
cœlestia quæ diligit, quandoque
peruenire possit.

Dum in sancto otio sancta Ibid.

FLORES

anima viuit, opera sua studio-
sè ad memoriam reducit : &
quicquid in eis sordidum exa-
minando deprehendit, lachry-
mis quotidianis & gemitibus
plangit.

Sancta anima quò amplius
diuinam potentiam per inte-
riorem visitationem præsentia-
liter sentit, eò districtiùs iudi-
cat, quicquid in se carnale de-
prehendit. Quò enim maiori
charitate in eum ardet, quem
mente concupiscit, eò timidiùs
se ei subiicit, & amplius vere-
tur, ne sponsus in ea aliquid in-
ueniat propter quòd eam à se
dimittere velit.

*Anima pulchritudo potius affectan-
da quàm corporis.*

Li. epist. 6.
cap. 57.

Nihil prodest gloriosissima
sanitas & pulchritudo in su-

D. GREGORII.

perficie corporis, si vulnus animæ lateat intrinsecus.

*Adæ anima, quæ per peccatum
fuit mortua, per penitentiam
ad vitam rediit.*

Lib. epi. 6
cap. 31.

Adæ animā in peccato mortuam dicimus, non substantia viuendi, sed à qualitate viuēdi. Quia aliud est substantia, atque aliud, qualitas. Non est eius anima ita mortua, vt non elset: sed ita mortua vt beata non esset. Qui tamen Adam postmodum per pœnitentiam ad vitam rediit.

DE ASCENSIONE

Christi.

Caput IX.

Helias mortem distulit, non euasit.

Ho. 20. su.
Eumg.
4. Reg. 2.

IN veteri testamento cognouimus, quòd Helias sit raptus in cœlū. Sed aliud est cœlū aëreū, aliud æthereum. Cœlum quippe aëreū terræ est proximum. In cœlū itaq; aëreū Helias subleuatus est, vt in secretam quandā terræ regionē repente duceretur, vbi in magnā iā carnis & spiritus quiete viueret, quousq; ad finem mūdi redeat, & mortis debitum soluat. Ille etenim mortē distulit, non euasit. Redemptor autem noster quia non distulit, superauit: eāq; resurgendo cōsumpsit, & ascēdēdo resurrectionis suæ gloriā declarauit. Notandū quoque est, quòd Helias in curru legitur ascēdisse, vt videlicet aperte demonstraretur, quia homo purus adiutorio indigebat alieno

D. GREGORII.

alieno. Redemptor autem noster
non curru, non angelis suble-
uatus legitur: quia is qui fecerat
omnia, nimirum super omnia
sua virtute ferebatur.

*Redemptor noster cur describitur se-
dens à Marco, quem tamen stā-
tem Stephanus est testa-*
tus.

Considerandum bonis est Ibid.
quid est quòd Marcus ait: Se- Mar. 16.
det à dextris Dei, & Stephanus Act. 7.
dicit: Video cœlos apertos, &
filium hominis stantem à dex-
tris Dei. Quid est, quòd hunc
Marcus sedentem, Stephanus
verò stantem se videre testa-
tur. Sed scitis fratres, quia sede-
re iudicantis est, stare verò pu-
gnantis, vel adiuuantis. Quia
ergo redemptor noster assump-
tus est in cœlum, & nunc om-

D

FLORES

nia iudicat, & ad extremum iudex omniū veniet, hunc post assumptionem Marcus sedere scribit: quia post ascensionis suæ gloriam, iudex in fine videbitur. Stephanus verò hunc in labore certaminis stantem vidit, quem adiutorem habuit: quia ut iste in terra persecutorum infidelitatē vinceret, pro illo de cœlo illius gratia pugnavit.

DE ANTICHRISTO

Caput. X.

Membra Antichristi qui.

Li. 29. Mor.
cap. 3. vet.
23. 40.

Multi Antichristi tempora non viderunt, & tamē in eius tentationis procella versantur. Cain tempus Antichristi non vidit, & tamen membrum Antichristi per meritum

D. GREGORII.

fuit: Iudas sœuitatem persecu-
tionis illius ignorauit, & tamẽ
viribus crudelitatis, eius auari-
tia suadente, succubuit. Simon
diuisus longẽ ab Antichristi
temporibus extitit, & tamen
eius se superbiæ, miraculorum
potentiam peruersẽ appetẽdo,
coniunxit. Hinc Ioannes ait: 1. Ioan. 2.
Nunc Antichristi multi facti
sunt, quia iniqui omnes iã eius
mẽbra sunt, quẽ scilicet peruer-
sẽ edita, caput suum malẽ vi-
uendo prœuenerunt.

Antichristi testes qui.

Multi antichristum non vi-
derunt, sed tamen testes eius
sunt: quia corda innocentium
actionis suę exemplo corrup-
punt. Quisquis nãque in super-
bia extollitur, quisquis auari-
tiæ desiderius cruciatur, quis-

Li. 32. Mor
cap. 15. vet.
13. no.

quis luxuriæ voluptatibus soluitur, quisquis iniustæ atque immoderatæ iræ flagris ignitur quid aliud, quàm Antichristi testis est?

DE AVARITIA.

Caput XI.

*Fœcunditas prolis, parentes multo-
ties ad avaritia orexin
pellicit.*

Lib. 1. Mo-
ral. cap. 3.
vet. 4 no.

Sæpe ad avaritiam corporalis illicit fœcunditas prolis. Eò enim ad ambitum congregandę hereditatis accenditur, quò multis hæredibus fœcundatur.

Ardor dinitiarum.

Lib. 12.
Mor. cap.
28. vet. 25.
nou.

Qui hîc in mēte ardent igne avaritiæ, illic etiam in carne cremantur ignibus gehennæ.

Avaritia mentem gravat.

Peccatum auaritiæ mentem Li. 14. Mo-
quam infecerit, ita grauem red-
dit, vt ad petenda sublimia at-
vet. 25. no.
tollī nequaquam possit.

*Auaritia desideratis rebus non
extinguitur, sed augetur.*

Auaritia desideratis rebus Li. 15. Mo-
non extinguitur, sed augetur. ral. cap. 10.
Nam more ignis cū ligna, vet. 9. no.
quæ consummat acceperit, ac-
crescit: & vnde videtur ad mo-
mentū flāma cōprimi, inde pau-
lò pòst cernitur dilatari. Et sæ-
pe omnipotēs Deus cū auarę
menti vehementer irascitur,
prius ei permittit ad votū cun-
cta suppetere, & postea per vl-
tionē subtrahit, vt pro eis de-
beat supplicia æterna tolerare.

Mens avari quæ prius ex a- Ibid. ca. 11.
bundantia requiem quæsierat,
pòst ad custodiam grauius la-

D iij.

FLORES

Luc. 12.

borat: quia dum anxiatur qualiter acquisita custodiat, ipsa eum sua satietas angustat. Diuitis enim cuiusdā vberes fructus ager attulerat, sed quia ubi eos tantos reponeret, non habebat, dixit: Quid faciam? O angustia ex satietate nata. De vbertate agri angustatur animus auari. Post hos quoque ad gehennam ducitur, & æternis cruciatibus mancipatur.

DE BAPTISMO.

caput XII.

Quod nunc baptismus, hoc in patribus egit circumcisio.

Lib. 4. Moral.
cap. 2.
vet. 3. no.

Quisquis regenerationis aqua non soluitur, reatus primi vinculis ligatus tenetur. Quòd autem apud nos valet a-

D. GREGORII.

qua baptismatis, hoc egit apud veteres, vel pro paruulis sola fides, vel pro maioribus virtus sacrificij, vel pro his, qui ex Abrahæ stirpe prodierant, mysterium circūcisionis. Nam quia vnusquisque cū primi parentis culpa cōcipitur, Propheta testatur dicens: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Et quia is, quē salutis vnda non diluit, originalis culpæ supplicia nō amittit, apertè per semetipsam veritas perhibet, dicēs: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non habebit vitam æternam, &c.

Psal. 50.

Ioan. 3.

*Secunda tabula post Baptismum,
pœnitentia: & an baptismum
iterari liceat.*

Hom. 10.

D iiiij

Sup. Euāg.
Psal. 50.

Gratum Deo sacrificium est, afflictio contra peccatū, Psal. mista attestante, qui ait : Sacrificium Deo spiritus contribulatus, peccata nostra præterita in baptismatis perceptione laxata sunt, & tamen post baptismum multa cōmittimus, sed lauari iterum baptismatis aqua non possumus. Quia ergo & post baptismum inquinauimus vitam, baptizemus lachrymis conscientiam: quatenus regionem nostram cum Magis per viam aliam repetētes, qui ex ea bonis delectati discessimus, ad eā malis, amaricati, redeamus.

Baptizatus aut consecratus semel, nō potest rebaptizari, vel consecrari.

Lib. epi. 2.
cap. 32.

Sicut baptizatus semel, iterū baptizari non debet : ita qui consecratus est semel, in eodē

D. GREGORII.

iterum ordine non debet consecrari. Sed si quis forsitan cum leui culpa ad sacerdotium venit, pro culpa pœnitentia indici debet, & tamen ordo seruari.

DE BREUITATE VI-
TAE. *Capit XIII.*

Momentaneū, est quod sine nō caret.

Immensum est quod sine ter-
mino sequitur, & parum est
quicquid finitur. Longū quippe nobis videri nō debet, quod cursu sui temporis tendit, vt non sit: quod dum per momenta ducitur, ipsa hoc momenta sua quæ differunt, impellunt: atque vnde teneri cernitur, inde agitur ne teneatur.

Lib. 7. Moral cap. 22.

FLORES

*Iusti præsentia calcant, ut momen-
tanea: iniusti eadem amant,
ut perennia.*

Lib. 8. Mo- Carnales mētes idcirco præ-
ral. cap. 11. sentia diligunt, quia vita car-
vet. 6. no. nis quàm fugitiua sit, minimè
perpendunt. Nam si velocita-
tem transitus eius aspicerent,
hanc etiam prosperantem mi-
nimè amarent. Electi autem,
quia præsetis vitæ momēta de-
currere sub festinatione con-
spiciūt, nequaquam in hoc tan-
tæ mobilitatis itinere, cordis
intentionem figunt.

Ibid. cap.
12. vet. 7.
nou.

Dura mente abesse mors lon-
gè creditur, etiam cū senti-
tur. At contrà electorum mens
ad æternitatis intētionem ten-
ditur, etiam cū præsens eam
feliciter vita comitatur. Nullus
adhuc mortis articulus erum-

D. GREGORII.

pit, & quasi præsentem hanc
quotidie conspiciat. At contra
duræ mentes vitam carnis, qua-
si permanentem diligunt, quia,
quanta sit vitæ sequentis æter-
nitas, non attendunt: cùmque
soliditatem perennitatis non
considerant, exilium patriam,
tenebras lumen, cursum statio-
nem putant: quia qui maiora
nesciunt, iudicare de minimis
nequaquam possunt.

Præsentis vitæ breuitas pensanda.

Cautum se ac sollicitū viuere
ostendit, qui breuitatem præ-
sentis vitæ considerans, non e-
ius vsum, sed terminū conspi-
cit: vt ex fine colligat, nihil esse
quod transiens delectat. Hinc
namque per Salomonem dici-
tur: Si annis multis vixerit ho-
mo, & in his omnibus lætatus

Lib. 9. Mo-
ral. cap.

44. vet. 36.
nou.

Eccles. 11.

Eecl. 7.

fuerit, meminisse debet tene-
broſi temporis, & dierum mul-
torum, qui cū venerint, vani-
tatis arguetur præteritæ. Hinc
rurſum ſcriptum eſt: In omni-
bus operibus tuis memorare
nouiffima tua, & in æternum
non peccabis. Igitur cū cul-
pa animum tentat, mens neceſ-
ſe eſt, vt breuitatem ſuæ dele-
ctationis aſpiciat, ne ad viuacem
mortem iniquitas rapiat,
cū conſtet, quòd ad terminū
citius mortalis vita percurrat.

Subitò ex hac vita rapiuntur iniqui.

Lib. 15.

Mora. cap.

1. vct. 2.

nou.

Quamlibet ſerò de hac vita
tollantur iniqui, ſubitò & re-
pente tolluntur, quia finē ſuum
cogitādo præuidere neſciunt.
Subitum eſt homini, quod an-
tè cogitare non potuit. Subitò
diues ille ſtultus raptus eſt, qui

D. GREGORII.

horrea, quæ præparabat destruit, & inferni locum, quem nõ præuidebat, inuenit. Reliquit enim diu tractata temporalia, & inopinata inuenit æterna.

Subitò tollitur, qui diu tolleratur: & quò tardius iudex venit, eò seuerius percutit. Ibi. cap. 3.

Plenus dierum nemo in diuinis scripturis memoratur, nisi cuius vita in eisdem laudatur.

Et mortuus est Iob senex, & plenus dierum, &c. In scriptura sacra non facillè plenus dierum ponitur, nisi is, cuius per eandem scripturam vita laudatur. Vacuus quippe dierum est, qui & quamlibet multum vixerit, ætatis suæ tempora in vanitate consumpsit. At contrà plenus dierum dicitur, cui nequaquam dies sui pereundo transeunt, Li. 35. Moral. cap. 24. vet. 15. no. Iob. 42.

sed ex quotidiana mercede boni operis, apud iustum iudicē, & postquam transacti fuerint, referuantur.

Aeterna vita cōmoda quærenda.

Lib. I. epi.
cap. 2.

Cū vita præsens brevis sit, illa sunt nobis commoda quærenda, quæ nequaquam mors adimat, sed mansura in perpetuum præsentis vitæ finis ostēdat.

Vita præsens nauigio similis.

Lib. epist.
6. cap. 26.

Vita nostra nauiganti est similis. Is namque qui nauigat, stat, iacet, vadit, quia impulsu naui ducitur. Ita ergo & nos sumus, qui siue vigilantes, siue dormientes, siue tacentes, siue loquentes, siue ambulantes, siue volentes, siue nolentes, per momēta temporū quotidie ad finem tendimus. Cū igitur si

D. GREGGORII.

nis nostri dies aduenerit, vbi
nobis erit omne, quod modò
cum tãta cura quæritur, & cum
solicitudine cõgregatur? Non
ergo honor, nõ diuitiæ quærẽ-
dę sunt, quæ dimittuntur: sed si
bona quærimus, illa diligamus,
quæ sine fine habebimus. Si au-
tem mala pertimescimus, illa ti-
meamus, quæ à reprobis sine
fine tolerantur.

DE BONO ET BONIS.

Caput XIII.

Bona nostra an ex nobis.

TVnc verè cognoscimus Lib. 2. Mo
bona nostra vnde sint, quã ral. cap. 36.
do hæc quasi amittendo sen- vet. 27. no.
timus, quia à nobis seruari non
possunt.

Bonorum

FLORES

Lib. 5. Moral. cap. 13.
vet. 12. no.
Lib. 9. Moral. cap. 38.
vet. 29. no.

*Bonorum vitam, peruersi duobus
modis impetunt.*

Peruersi duobus modis bonorum vitam impetunt: quia aut praua eos dicere asserunt, aut recta non seruare, quæ dicunt.

Bona nostra à Deo custodienda.

In cassum nobis bona conditor tribuit, si non omne, quod tribuit, ipse custodit. Nam si dona præstat, sed hæc cōtinuè restaurando non subleuat, citius bonum perditur, quod nō à largiente custoditur.

Intentionem indicat Deus.

Li. 12. Moral. cap. 16.

Sicut grauis culpa est, sibi hoc hominem arrogare, quod non est, sic plerunque culpa nulla est, si humiliter bonum dicat, quod est. Vnde sæpe cōtingit, ut iusti & iniusti habeant verba

ba

D. GREGORII.

ba similia, sed tamē semper cor-
longē dissimile: & ex quibus
dictis Dominus ab iniustis of-
fenditur, in eisdem quoque à
iustis placatur.

Sicut exercitati in bonis ope-
ribus electi nonnunquam plus
student agere, quàm eis digna-
tus est Dominus iubere: (car-
nis enim virginitas nequa-
quam iussa est, sed tantum-
modo laudata: nam si illa im-
peretur, nimirum coniugium
iam culpa crederetur: & tamen
multi virtute virginitatis pol-
lent, ut videlicet plus impen-
dant obsequio, quàm accepe-
runt præcepto:) sic plerunque
peruersi quique in pravis acti-
bus exercentur, ut plus inue-
niant in peruersa operatione
quod faciant, quàm ex usu re-

E

Li. 15. Mo-
ral. cap. 19.
ver. 11. no.

proborum iniquitatis accipere
 exempla potuerunt. Vnde &
 amplioris retributionis tormē-
 to feriuntur: quia & ipsi ex se-
 metipsis amplius actiones pra-
 uas, de quibus feriri debeant,
 inuenerunt.

Iusti actus suos quotidie examināt.

Li. 16. Mo-
 ral. cap. 17.
 vet. 16. no.
 Job. 23.

Hæc est sollicitudo iustorū
 vt actus suos quotidie iuxta
 vias veritatis examinent, & eas
 sibi in regulam proponētes à
 rectitudinis earum tramite nō
 declinent. Vnde Propheta ait:
 A mandatis labiorum eius non
 recessi. Sicut enim bene obse-
 quentes famuli, dominorum
 suorum vultibus semper intēti
 sunt, vt ea, quæ præceperint,
 festinè audiant, & implere con-
 tendant: sic iustorum mentes,
 per intētionem suam om̃i po-

D. GREGORII.

tenti Domino assunt, atque
in scripturis eius quasi os eius
intuetur: vt quia per eam Deus
loquitur, omne, quod vult, ta-
to à voluntate eius non discre-
pent, quanto eandem volunta-
tem illius in eius eloquio agno-
scunt. Vnde fit vt eius verba
non per eorum aures superua-
cua transeant, sed hæc in suis
cordibus figant.

Iusti ab iniustis non sunt arguendi.

Iustus etsi quid delinquendo
loquitur, dignum non est, vt
ab iniustis, & prauè viuentibus
iudicetur: quia nimirum illi re-
cte redarguere falsa possunt,
qui falsa agere nesciunt. Nam
correctionis ausum contra fal-
laciæ perdūt, qui adhuc falla-
citer viuunt.

Li. 17. Mo-
ral. cap. 6.
vet. 7. nou.

E ij



FLORES

Hom. 9.
sup. Ezech.
lib. 1.

Iob. 30.
Philip. 2.
1. Cor. 15.

*Bonus est, qui equanimiter nouit
malos tolerare.*

Nemo perfectè bonus est, nisi qui fuerit & cum malis bonus. Hinc beatus Iob de semetipso asserit, dicens: Frater sui draconum, & socius struthionum. Hinc Paulus discipulis dicit: In medio nationis prauæ & peruersæ, inter quos lucetis, sicut luminaria in mundo. Tolerandi ergò ubique sunt proximi, quia Abel fieri non valet, quem Cain malitia non exercet. Vnum verò est, pro quo vitari societas debet malorum, ne si fortasse corrigi non valèr, ad imitationē trahant. Et cum ipsi à sua malitia non mutàtur, eos qui sibi coniuncti fuerint, peruertant. Vnde Paulus ait: 1. Cor. 15. Corrupti bonos mores col-

D. GREGORII.

loquia mala.

*Ecclesia communiter nunc om-
nes recipit.*

Boni soli nusquam sunt, nisi
in cœlo : & mali soli nusquam
sunt, nisi in inferno. Hæc autē
vita, quæ inter cœlum est &
infernum, sicut in medio sub-
sistit, ita vtrarumque partium
ciues cōmuniter recipit, quos
tamen sancta Ecclesia & nunc
indiscretè recipit, & postmo-
dum in egressione discernit. Si
ergo boni estis, quandiu in hac
vita subsistitis, æquanimiter
malos tolerare debetis. Nam
quisquis malos non tolerat, ip-
se sibi per intolerantiam suam
testis est, quia bonus nō est. A-
bel enim esse reuit, quē Cain
malitia non exercet. Sic in tri-
tura aræ grana sub paleis pre-

Hom. 38.
sup. Euāg.

E iij

FLORES

muntur, sic flores inter spinas
oriuntur, & rosa, quæ redolet,
crescit cum spina, quæ pungit.
Duos quippe filios habuit pri-
mus homo, vnus horum electus
est, alter reprobus fuit. Tres fi-
lios Noë arca cōtinuit, sed duo
ex his electi sunt, & vnus repro-
bus fuit. Duos Abraham filios
habuit, sed vnus electus est, al-
ter reprobus fuit. Duos filios
Isaac habuit, sed vnus electus
est, alter reprobus. Duodecim
filios habuit Iacob, sed ex his
vnus per innocentiam venditus
est, alij verò per malitiam ven-
ditores fratris fuerunt. Duode-
cim Apostoli sunt electi, sed
vnus in his admixtus est repro-
bus, qui probaret, vndecim,
qui probarentur. Septem sunt
diacones ab Apostolis ordina-

D. GREGORII.

ti, sed sex in fide recta permanentibus, vnus extitit author erroris. In hac ergo Ecclesia nec mali sine bonis, nec boni sine malis esse possunt.

Bonus qui est, malos suffert.

Bonus nunquam fuit, qui malos tolerare recusauit. Hinc *Ibid.* namque est, quodd de semetipso beatus Iob asserit, dicens: Frater fui draconum, & socius struthionum. Vt enim ita loquar, ferrum animæ nostræ nequaquam perducitur ad subtilitatem acuminis, si hoc non eraserit alienæ lima prauitatis.

Quæcunque seminauerit homo, hæc & metet.

Qui in hac vita semen boni seminauerit operis, in futuro fructum æternæ consequetur remunerationis.

In explan.
s. Psal. pœnit.

E iiij

FLORES

*Bonum quod mente concipitur,
repente opere compleatur.*

Quando bonū aliquod dono conditoris in corde concipitur, celeri necesse est deuotione cōpleri: ne dum callidus insidiator animum irretire nititur, subinde impedimenta suggerat, quibus ad effectum minimè desideria sua mens occupationib⁹ debilitata perducatur.

Boni si sine malis fuerint, perfecti esse boni non possunt, quia minimè purgātur. Ipsa autem malorum societas, purgatio bonorum est. Ego Abel esse non suspicor, qui Cain nō habuerit.

Lib. epist.
1. cap. 21.

Lib. epi. 9.
cap. 39.

DE CARNIS ET
mentis nostræ miseria.

Capit. XV.

Ipsa salus corporis aegritudo est.

D. GREGORII.

Primus homo quia subesse
 diuinis iussionibus noluit,
 sub suis se necessitatibus stra-
 uit. Quod melius ostēdimus, si Lib. 8. Mo-
ral. cap. 22.
vet. 10. no.
 ea quæ deiectus sustinet, &
 prius carnis, & post pondera
 mentis exprimamus. Vt enim
 taceam^{us} hoc quod dolores to-
 lerat, quod febribus anhelat, sua
 quadam ægritudine cōstringi-
 tur. Ipsa hæc nostri corporis,
 quæ salus vocatur egritudo est.
 Nam otio tabescit, opere defi-
 cit: inedia deficiens, cibo refici-
 tur, vt subsistat: refectioe las-
 cescens, abstinentia releuatur, vt
 vigeat: aqua perfunditur, ne a-
 rescat: Linteis tergitur, ne ipsa
 nimis perfusione liqueat: la-
 bore vegetatur, ne quiete tor-
 peat: quiete refouetur, ne labo-
 ris exercitatione succubat: sati-

gatur vigiliis, somno reparatur,
 oppressa somno, vigiliis excu-
 titur, ne sua peius quiete lasse-
 tur: vestibus tegitur, ne frigoris
 aduersitate penetretur: quæsi-
 to calore deficiens aurarû fla-
 tu refouetur. Cumq; inde mo-
 lestias inuenit, vnde vitare
 molestias quæsiuit, malè sauci-
 ata (vt ita dixerim,) de ipso suo
 medicamine læguescit. Remo-
 tis ergo febribus, cessantibûsq;
 doloribus, ipsa nostra salus æ-
 gritudo est, cui curandi neces-
 sitas nunquam deest. Et quia e-
 latum semel sumpsimus spiri-
 tû, ecce defluens quotidie por-
 ramus lutum.

Miseria humana mentis.

Ipsa quoque mens nostra à se-
 creti interioris securo gaudio
 exclusa, modò spe decipitur,

D. GREGORII.

modò pauore vexatur, modò dolore deiecitur, modò falsa hilaritate releuatur: transitoria pertinaciter diligit, eorúmque amissione incessanter atteritur: Ibid.
quia & incessanter cursu rapiente permutatur. Rebus autem mutabilib⁹ subdita, & à semet ipsa variatur. Nam quærens, quod non habet, anxia percipit: cùmque hoc habere cœperit, tædet hâc percepisse, quod quæsiuit. Amat sæpe quod despexerat, despicit quòd amauerat. Cum labore, quæ æterna sunt, discit, sed horù repente obliuiscitur, si laborare desierit. Diu quærit, vt parum quid de sūmis inueniat: sed ad consueta citius relabēs, nec parū in his quæ inuenerit, perseuerat. Erudiri appetens, vix suam

FLORES

ignorantiā superat: sed crudita,
 grauius cōtra scientiæ gloriam
 pugnat. Vix carnis suæ sibi ty-
 rannidem subiicit, sed tamen
 adhuc intus culpæ suæ imagi-
 nem tolerat, cuius iam foris
 opera vincendo restrinxit. In
 authoris sui inquisitione se eri-
 git, sed reuerberatā hanc, cor-
 porearum rerum amica caligo
 cōfundit. Semetipsam qualiter
 incorporea corpus regat, intue-
 ri vult, & non valet. Requirit
 mirè, quod sibi respondere nō
 sufficit, & sub eo ignara deficit,
 quod prudenter requirit, am-
 plam se simul & angustam cō-
 siderans, qualem se veraciter
 æstimet, ignorat: quia si ampla
 non esset, nequaquam tam in-
 uestigāda requireret: & rursum
 si angusta non esset, hoc ipsum

saltem quod ipsa requirit, inueniret. Bene ergo dicitur: Posui Iob. 7:
 isti me cōtrarium tibi, & factus
 sum mihi metipsum grauis. Quia
 dum repulsus homo, & à carne
 molestias, & à mente quæstio-
 nes tolerat, graue nimirum pō-
 dus semetipsum portat. &c.

*Quot tentationes mens patitur, tot
 quasi flatibus mouetur.*

Mens humana quot tenta-
 tiones patitur, quasi tot flatib⁹
 mouetur. Hāc enim plerunque
 ira perturbat: cūm recedit ira,
 succedit inepta lætitia. Luxu-
 riæ stimulis vrgetur, æstu aua-
 ritia lōgè lateque ad ambien-
 da quæ terrena sunt tenditur.

Aliquando hanc superbia ele-
 uat, aliquando verò inordina-
 tus timor in infimis deponit.

Quia ergo tot tētationum fla-

Li. II. Mo-
 ral. ca. 24.
 vet. 22. no.

FLORES

tibus leuatur, rectè folio homo
per Isaiam comparatur: Ceci-
dimus, ait, quasi foliū vniuersi:
& iniquitates nostræ quasi vē-
tus abstulerunt nos.

Omne quod hīc agitur, miseria est.

Si subtiliter consideretur,
omne quod hīc agitur, pœna
& miseria est. Ipsi etenim cor-
ruptioni carnis seruire ad neces-
saria atque cōcessa, miseria est:
vt cōtra frigus vestimēta, con-
tra famem, alimenta: contra æ-
stum frigora requirātur. Quod
multa cautela custoditur salus
corporis: quod etiā custodita
amittitur, amissa cum graui la-
bore reparatur, & tamen repa-
rata in dubio semper est. *Quid*
hoc aliud quàm mortalis vitæ
miseria est? Quod amamus a-
micos, suspecti, ne offendi va-

Ibid. ca. 16.

D. GREGORII.

leant: formidamus inimicos, atque
que securi de eis non sumus v-
tique, quos formidamus: quod
plerumque inimicis sic confi-
denter, quasi amicis loquimur,
& nonnunquā pura proximorū
verba, & multum fortasse nos
diligentium, quasi verba susci-
pimus mimicorum & qui falli
nunquam vel fallere volumus,
ex cautela nostra grauis erra-
mus. Quid itaque hoc, nisi hu-
manæ vitæ miseria est? Quod
amissa coelesti patria, repulsus
homo delectatur exilio, grauatur
curis: & tamen cogitare dis-
simulat, quam graue sit, quia
multa cogitantur. Quod priua-
tus est interno lumine, & tamē
in hac vita diu vult perpeti
cæcitatem suam, quid hoc aliud,
quā de pœna nostra nata mi-

111



FLORES.

Iob. 14.

feria est? Sed quanuis diu hîc
stare desideret, ipso tamen cur-
su mortalis vitæ impellitur, vt
egrediatur, sicuti Propheta ait:
Qui quasi flos egreditur, & cõ-
teritur, & fugit velut vmbra, &
nunquam in eodem statu per-
manet.

*Mens nostra summa cautela
custodienda.*

Ibidē. cap.
27. vet. 26.
200.

Mens mutabilitatis suæ pon-
dere ad aliud semper impelli-
tur, quàm est: & nisi in statu suo
arcta custodiæ disciplina te-
neatur, semper in deteriora di-
labitur. Quæ enim semper stā-
tem deseruit, statum quem ha-
bere potuit, amisit: vnde nunc
cùm ad meliora nititur, quasi
cõtra ictum fluminis conatur.
Cùm verò ab intentione ascē-
dēdi resoluitur, sine labore ad
ima

D. GREGORII.

ima reducitur.

In presenti vita nihil stabile.

Si vitæ istius cursum veraciter attendamus, nihil in eo firmum, nihil inuenimus stabile: sed quemadmodū viator modò per plana, modò per aspera graditur: sic nobis utique in hac vita manētibus nunc prosperitas, nunc occurrit aduersitas. Denique alternis sibi succedunt temporibus, & mutua se vice confundunt.

Li. epist. 3.
cap. 51.

DE COGITATIONE.

Caput XVI.

Bonis nostris cogitationibus diabolus se interdum inserit.

PLerunque bonis nostris cogitationibus, quæ in corde nostro aduentu Spiritus sancti no. 24.

Li. 2. Mor.
cap. vet. 32.

F

operante, seminatur, antiquus hostis callidè se interferit, & subiūgit, vt bene cogitata perturbet, malèque perturbata dilaniet. Sed nequaquam nos in tentatione deserit, qui bonas cogitationes inspirauit.

*Deo ministrans, mundus sit à no-
xiis cogitationibus.*

Li. 5. Mor.
cap. 23. vet.
20. 24.

Qui in obsequiis diuinis assumitur, debet ante Dei oculos à cunctis carnis cogitationibus mundus apparere: ne illi-
citas cogitationes mens profe-
rat, & pulchram animæ speciē,
quali pius fruticantibus defor-
mem reddat.

Fons boni & mali in cogitatione.

Li. 10. Mor.
cap. vet. 16.
20. 11.

Quisquis praua à se opera ex-
terius resecat, necesse profectò
est, vt ad semetipsum rediens,
solerter sese in mètis intentio-

D. GREGORII.

ne discernat: ne culpa quā iam
in actione non habet, adhuc in
cogitatione perduret. Penè cū
cta namque bona opera ex co-
gitatione prodeunt.

*Deus singulorum cogitationes
pensat.*

Omnipotens Deus singu-
lorum verba à cogitationibus
pensat, & in eius auribus super-
ba non sunt, quæ humili cor-
de proferuntur.

*Iustus etsi non semper opere, quan-
doque tamen peccat co-
gitatione.*

Mens iustorum, etsi libera est
à peruerso opere, aliquando ta-
men corrui in peruersa cogi-
tatione.

*Immunda cogitatio quando men-
tem non polluit.*

Mentem nequaquam cogi-

Li. 12. Mor.
cap. 16.

Li. 18. Mor.
cap. vet. 4.
no. 5.

Li. 21. Mor
cap. 3.
1. Cor. 10.

tatio immunda inquinat, cum
pulsat, sed cum hanc sibi per
delectationem subiugat. Hinc
etenim prædicator egregius di-
cit: Tentatio vos non appre-
hendat, nisi humana. Humana
quippe tentatio est, qua plerū-
que in cogitatione tangimur
etiam inuiti: quia ut nonnun-
quam & illicita ad animum ve-
niant, hoc utique in nobismet-
ipsis ex humanitatis corrupti-
bilis pondere habemus. Iam
verò dæmoniaca est, & nō hu-
mana tentatio, cum ad hoc,
quod carnis corruptibilitas
suggerit, per consensum se ani-
mus astringit. Hinc iterum di-
cit: Non regnet peccatum in
vestro mortali corpore. Pecca-
tum quippe in mortali corpore
nō esse, sed regnare prohibuit:

D. GREGORII.

quia in carne corruptibili non regnare potest, sed nō esse non potest. Hoc ipsum namque ei de peccato tentari, peccatum est, quo quia quādiu viuimus, perfectē omni modo non careremus.

Distinctē Deus vniuscuiusque gressus dinumerat.

Sic Dominus vniuscuiusque Ibi. ca. ver. 5. no. 4
vias considerat, sic gressus dinumerat, vt ne minutissimæ quidem cogitationes, eius iudicio, ac verba tenuissima, quæ apud nos vsu viluerunt, indiscussa remaneant. Hinc enim dicit: Qui irascitur fratri suo, Matth. 5.
reus erit iudicij.

Rane cogitationes non transeunt sine discussione Dei.

Ante Dei oculos vacuæ nō Li. 26. Mor
transuolant cogitationes nō cap. vet. 12.
no. 13.

F iij

FLORES.

stræ, & nulla momenta temporis per animum transeunt, sine statu retributionis.

Peccata cogitationis citius remittuntur, quàm operis.

Lib. 3. past.
curæ. Ad-
monit. 3.

Sæpe misericors Deus eò citius peccata cordis abluir, quò exire ad opera non permittit: & cogitata nequitia tantò citius soluitur, quantò effectu operis districtius non ligatur.

DE CONTEMPLATIONE Dei. Caput XVII.

Divina contemplationis claritas, hominibus invisibilis est.

Li. 5. Mor.
cap. 20.

NOs quousque carnis corruptione premimur, nullo modo claritatē divinæ potentiæ, sicut in se incommutabilis manet, videmus: quia acries infirmitatis nostræ non sù

D. GREGORII.

stinet hoc, quod de eius æternitatis radio super nos intolerabiliter fulget.

Terrena à contemplatione Dei montem retrahunt.

Mens nostra nunquã ad contemplanda interna perducitur, nisi ab his, quæ externis implicat, studiosè abstrahatur: quia nimirum nullo modo ad vim intimæ contemplationis rapitur, nisi studiosè prius à terrenorum studiorum tumultu sopiatur. Hic est enim quod Paulus dicit: Nemo militans Deo, implicat se negotiis secularib⁹, ut placeat, cui se probavit.

Humana mens in contēplationis arce subleuata, tantò semetipsam duriùs de superfluis cruciat, quantò nimis subtile conspici^t esse quod amat.

F iiij

Ibid. ca. 22.
2. Timo. 2.

2. Tim. 2.

Ibid. cap.
24.

FLORES

Conspersiones animorū diuerſe.

Li. 6. Mor.
ca. vet. 25.
no. 17.

Sæpe qui cōtemplari Deum
quieti poterant, occupationi-
bus preſſi ceciderunt: & sæpe
occupati bene humanis vſibus
viuerēt, gladio ſuæ quietis ex-
tincti ſunt. Hinc nanque eſt,
quòd nonnulli inquieti ſpiri-
tus, dum plus exquirunt contē-
plando, quàm capiūt, vſque ad
peruerſa dogmata erumpunt:
& dum veritatis diſcipuli eſſe
humiliter negligunt, magiſtri
errorum fiunt.

DE COGNITIONE
Dei. Cap. XVIII.

Plena dei cognitio quæ.

Li. 5. Mor.
cap. ve. 26.
no. 17.

TVnc verum eſt quod de
Deo cognoscimus, cūm
plenè nos aliquid de illo co-
gnoscere non poſſe ſentimus.

D. GREGORII.

Visio Dei summa hominis resectio. Li. 31. Mor.

Sola Deitatis visio, vera mentis nostræ est resectio. ca. vet. 35. no. 19.

Mens Dei nescia, tantò atrocius ad quemlibet ambitum ducitur, quantò nullo vel humanæ laudis amore refrenatur. Li. 33. Mor. cap. vet. 39. no. 7.

DE COGNITIONE

sui. Caput XIX.

Proprie infirmitatis cognitio, alienæ compassionis est occasio.

Dum nostram ignoratiam cognoscimus, plerumque leuius onera aliena toleramus: cum Li. 1. Mor. cap. vet. 30. nou. 14.

que nos quasi singularis sapientiæ altitudo non eleuat, ad perferendam alieni cordis inertiam, mens se nostra æquanimiter inclinatur.

Alienæ mala leuius tolerat, qui sua considerat.

Li. 4. Mor.
cap. vet. 32.
no. 31.

Cum alienos excessus aspi-
cimus, nostra, quibus in aliis
excessimus, delicta cogite-
mus. Considerata quippe infir-
mitas propria, mala nobis ex-
cusat aliena. Patienter namque
illatam iniuriã tolerat, qui piẽ
meminit, quod fortasse adhuc
habeat, in quo debeat ipse to-
lerari: quia erubescit sibi pec-
cata non parcere, qui vel Deo,
vel proximo sæpe se recolit
parcenda peccasse.

Li. 8. Mor.
cap. 2. 13

Hi erga aliena dicta recta iu-
dicia exerũt, qui iudicare prius
propria sciunt.

*Dum culpa pondus agnoscitur, af-
flictionis pœna lenigatur.*

Libro. 10.
Mor. cap.
ve. 8. no. 5.

Dolor flagelli temperatur,
cum culpa cognoscitur: quia
tantò quisque patientiùs ferra-
mentum medici tolerat, quan-

D. GREGORII.

id magis putridum conspicit
esse, quod secat.

*Qui se non iudicat, aliena dii-
dicare ignorat.*

Qui semetipsum prius non
iudicat, quid in alio rectè iudi-
cet, ignorat. Et si nouit fortasse
per auditum, quod rectè iudi-
care debeat, rectè tamen iudi-
care aliena merita non valet,
cui conscientia innocētiae pro-
priae nullam iudicij regulam
præbet.

Li. 14. Mor.
cap. vet. 15.
no. 13.

Pe. catum excacat oculum mentis.

Habet hoc plerunq; animus
humanus propriū, quod mox,
ut in culpā labitur, à sui adhuc
longiūs cognitione separatur.

Li. 20. Mo.
cap. 15.

Multos felicitas strauit.

Multos peniūs sua felicitas
strauit, multos diuturna pax in-
ertes reddidit: eoq; illos inopi-

Li. 31. Mor.
ca. vet. 30.
no. 17.

FLORES

natus hostis grauius percuti,
quò lōgo quietis vsu negligē-
tiores inuenit. At contra sancti
tantò robustiūs acceptam vir-
tutum gloriā custodiunt, quā-
tò tentationis impulsu cōcus-
si, infirmitatem suam humilius
cognoscunt.

Seipsum vnusquisque despiciat.

Li. 35 Mor.
cap. vet. 2.
no. 5.

Quātò quisque se minùs vi-
det, tantò minùs sibi displicet:
& quantò maioris gratiæ lumē
percipit, tantò ampliùs repre-
hensibilem se esse cognoscit.

*Aliena minùs consideratè despicit,
qui sua non discutit.*

Hom. 4 su.
Ezechiel.

Quisquis vitę suę custodiā
negligit, discutere quę ait, quę
loquitur, quę cogitat, aut des-
piciat, aut nescit, corā se iste non
ambulat: quia, qualis sit in suis
moribus vel in actib⁹, ignorat.

D. GREGORII.

Nec sibi metipſi præſēs eſt, qui ſe metipſum quotidie exquire-
re atque cognoscere ſollicitus
non eſt. Ille autem veraciter ſe
ante ſe ponit, ſibiq; in præſenti
eſt, qui ſe in ſuis actibus tâquã
aliũ attēdit. Nã ſunt multa pec-
cata, quę cõmittim⁹, ſed idcir-
co nobis grauiora non videntur,
quia priuato nos amore diligē-
tes, clauſis nobis oculis, in no-
ſtra deceptione blãdimur. Vn-
de fit plerunq; vt & noſtra gra-
uia leuiter, & proximorũ mala
leuia grauiter iudicemus. Scri-
ptũ quippe eſt: Erunt homines
ſeipſos amãtes. Et ſcimus, quia
vehementer claudit oculum
cordis amor priuatus.

2. Timo. 3.

Sapē, dum alios reprobos
intendimus, fit, vt alia negligamus;
& vbi negligimus, ibi præ-

Ibid. Hom
7. ſup. Eze.

Luc 18.

culdublio oculum nō habem?
 Nā Phariseus ille, qui ascēderat
 in templū orare (testāte Euan-
 gelio,) quid dixit, agnouimus:
 Ait enim: deus gratias ago tibi.
 Rectē ergo gratias Deo agabat,
 à quo acceperat bona, quæ fe-
 cerat. Qui etiam subiūgit: Quia
 nō sum, sicut ceteri hominum,
 raptores, iniusti, adulteri, velut
 etiā hic Publicanus: ieiuno bis
 in sabbato, decimas de omniū
 quæ possideo. Ecce ad exhi-
 bendam abstinentiā, ad impen-
 dendā misericordiam, ad refe-
 rendas Deo gratias oculū Pha-
 riseus habuerat, sed ad humili-
 tatis custodiā oculū non habe-
 bat. Et quid prodest, quod cō-
 tra hostiū insidias penē tota ci-
 uitas cautē custoditur, si vnum
 foramē apertū relinquitur, vn-

D. GREGORII.

de ab hostibus intretur? Quid
ergo prodest custodia, quæ pe-
nè ubiq; circumponitur, quan-
do inimicis tota ciuitas per ne-
glectū loci vnus aperitur. Pha-
risæus autē, q̄ ieiuniū exhibuit,
decimas dedit, Deo gratias re-
tulit, quasi penè per circuitum
in suæ ciuitatis custodia vigila-
uit. Sed quia vnum in se foramē
superbiæ non attendit: ibi ho-
stem pertulit, vbi per negligē-
tiam oculum clausit.

*Qui aliena curiose discunt, sua
discutere nesciunt.*

Qui alienā quærit vitam dis-
cutere, semper sua intima ne-
sciens, studet exteriora cogita-
re. Graue nanque curiositatis
est vitium, quæ dum cuiuslibet
mentem ad inuestigandam vi-
tam proximi exterius ducit,

Hom. 36.
su. Euang.

FLORES

semper ei sua intima abscondit:
vt aliena sciens, se nesciat: vt
curiosi animus quantò peritus
fuerit alieni meriti, tantò fiat
ignarus sui.

*Initium salutis, cognitio suæ
infirmittatis.*

Illud est clarum venturæ sa-
lutis indicium, si incipit homo
cognoscere semetipsum.

In decretis
ad Aug.
episc. An.
glorum.

Bonarum mētium est etiam
ibi aliquo modo culpas suas a-
gnosceret, vbi culpa non est.

DE CONFESSIONE.

Caput XX.

*Peccati confessio cum mœrore animi
delet culpam.*

Li. 8. Mor.
cap. 15. vet.
no. 11.

Qui mala, quæ perpetravit,
confitendo insinuat, sed flere,
quæ insinuauerit, recusat, quasi
subducta veste vulnus detegit,
sed

D. GREGORII.

sed torpenti mēte medicamē-
tum vulneri non apponit. Cō-
fessionis igitur vocē solus ne-
cesse est, ut mœror excutiat, ne
vulnus proditū, sed neglectū,
quò licentiùs iam per humanā
notitiam tãgitur, deteriùs pu-
trefcat. Quò contrà Psalmista
plagam cordis nō solūm dete-
xerat, sed delectæ etiam medi-
camentū mœroris adhibebat,
dicens: Iniquitatem meam ego Psalm. 37.
pronuntiabo, & cogitabo pro
peccato meo. Pronuntiādo e-
nim occultum vulnus detegit,
cogitādo autē quid aliud quàm
medicamētū vulneri apponit.

*Facile in prosperis est Deūm con-
fessionis voce laudare.*

Despecta vox confessionis Li. 8. Mor.
est, quàm format iueunditas ca. 25. vet.
prosperitatis. Sola autem con- no. 22.

G.

Psal. 48.

Hom. 40.

In. Euang.

fessio habet magni meritum ponderis, quam a veritatis rectitudine nequaquam separat vis doloris, quam usque ad iudicium vocis exacuit aduersitas testis cordis. Vnde bene per Psalmistam contra peccatoris confessionem dicitur: Confitebitur tibi, cum benefeceris ei.

Confessio detegit vulnus peccati.

Quid est peccatorum confessio, nisi quædam vulnerum ruptio? quia peccati virus salubriter aperitur in confessione, quod pestiferè latebat in mente. Vulnera etenim cutis in superficie trahunt humorem putredinis. Et confitendo peccata quid aliud agimus, nisi malum quod in nobis latebat aperimus?

DE CONSCIENTIA.

Capitulum XXI.

D. GREGORII.

Nequitia timida est.

Cum sit timidane quiritia, dat Li. 12. Mo.
ca. 20. vet.
no. 21.
testimoniū condēnationi:

quia cūm illicita quis perpetrat, pauet quod facit: & apert^o damnationis testis est ipse timor iniquitatis: quia & timetur quod agitur, & tamen malum non vincitur, quōd timetur.

Delinquentes conscientia accusat.

In quo se quis errasse considerat, ipsa se latēter cōscientia accusat. Vnde Dauid Prophe-

ta deprecatur dicens: Tunc nō confundar, dum respicio omnia mandata tua. Grauius nāque vnusquisque confunditur, quando mandata Dei vel legēdo vel audiendo respicit, quæ viuendo contempsit. Hinc enim Ioānis voce dicitur: Si cor Li. 18. Mo.
ca. 3. vet. 5.
no.
Psalm. 118.
1. Ioan. 3.
nostrū non reprehenderit nos,

G ij

FLORES

fiduciam habemus apud Deū:
& quicquid petierimus ab eo,
accipiemus. Ac si diceret: Si id
quod præcipit, facim⁹, id quod
petimus, faciliè obtinebimus.

*Conscientia delictorum afflictio
omnium maxima.*

Interpla-
nat. 7.
Psal. pœn.

Inter multiplices humanæ a-
nimæ tribulationes, & innume-
rabiles afflictionum molestias,
nulla est maior afflictio, quàm
conscientia delictorum. Gran-
dis tribulatio, vbi nullus eua-
dendi aditus, vbi nulla liberta-
tis spes, vbi nulla ereptionis fi-
ducia. Si ad exteriora recurrit,
si in transitoriis cōsolationem
quæsierit, ibi animi afflictio
vrgebit. Quæ enim in tēporali-
bus cōsolatio? quale in diuitiis
gaudium? nunquid nobiscum
permansuræ sunt? Nōne illæ

D. GREGORII.

sunt spinæ, quæ semē verbi suffocant? Quæ sicut acquisitæ lætificāt, sic etiā amissæ cōtristāt. Superest igitur, vt in tribulatione cōscientiæ positus peccator, ad Deum recurrat, in quo solo vera est consolatio.

Mundus est, quem conscientia non accusat.

In cunctis, quæ in hac vita aduersa proueniunt, sola est omnipotens Dei districtio pēfanda, atq; ad cor semper proprium recurrendum, vt nullius nos ibi lingua implicet, vbi cōscientia non accusat. Quem enim cōscientia defendit, & inter accusationem liber est: & liber vel sine accusatione esse nō potest, si sola, quæ interius audit, conscientia accusat.

G iij

Li. epist. 6.
cap. 14.

FLORES
DE CONSVETVDI-
NE. Caput. XXII.

*Consuetudo peccandi vim ob-
tinet natura.*

Li. II. Mo.
cap. 5.

S Ac penonulli à prauis acti-
bus exire cupiunt, sed quia
eorumdē actuum pōdere pre-
muntur, in malæ consuetudi-
nis carcere inclusi, à semetipsis
exire non possunt.

Li. 15. Mo.
cap. 4. vet.
no. 5.

Origo prauæ inchoationis
causas culpæ etiā præsumendo
multiplicat. Dum enim mala a-
gere quisq; cœperit, vsu iā dete-
rius in hoc, quod inchoauerat,
excessit. Tenent igitur illum
prauæ consuetudines, quæ se-
mel cœperūt, atq; quotidie du-
riores existunt: & cum illo in
pulvere dormiūt, quia non nisi
cum eius vita finiuntur.

Prima serpentis suggestio

D. GREGORII.

mollis ac tenera est, & facile vir Li. 32. Ma.
tutis pede cōterēda : sed si hæc cap. 17. ver.
inualescere negligenter per- 16. no.
mittitur, eique ad cor aditus li-
center præbetur, tanta se virtu-
te exaggerat, vt captam men-
tem deprimens, vsque ad into-
lerabile robur excrescat. Supe-
rabile quidem est omne, quod
initio suggerit, sed inde sequi-
tur, quod vinci vix possit. Tã-
tò ergo debet initia tērationis
fugere, quātò finem eius intel-
ligit citiùs solui non posse.

*Triumphus cæcæ dæmonum vsus
vitiiorum.*

Ludus est dæmonum, cūm Li. 33. Mo.
vagas & instabiles animas de cap. 2.
vitio rotant in vitium.

*Melius est hominibus seruire,
quàm vitii.*

Multò melius est ardere flā-

¶ iiiij

FLORES

Li. 33. Mo- ma febrium, quàm igne vitio-
ral. cap. 23. rum: & multò melius est duris
vet. no. 17. in seruitio hominibus subiici,
quàm blandiētibus dæmoniiis
subdi.

*Consuetudo peccandi obligat men-
tem in peccatis.*

Ho. 31. sup. Vsitata culpa obligat men-
Luang. tem, vt nequaquam surgere
possit ad rectitudinem. Cona-
tur & labitur: quia vbi sponte
diu perstitit, ibi & cùm nolue-
rit, coacta cadit.

DE COMPASSIONE.

Caput XXIII.

*Tolerandi sunt, quos correctos
cupimus.*

Lib. 7. Mo- Vos ad fortia trahere ni-
ral. cap. 7. timur, eorum necesse est,
vet. 6. no. vt infirma toleremus: quia nec
iacentem erigit, nisi qui status

D. GREGORII.

sui rectitudinem per compas-
sionem flectit. Cum verò alie-
næ infirmitati compatimur, va-
lentiùs à nostra roboramur, vt
amore futurorum mēs ad præ-
sentia aduersa se præparet, &
cruciatus corporis, quos time-
bat, expectet. Auctus namque
desideriis cœlestibus angusta-
tur: cūmque æternæ patriæ
quanta sit dulcedo considerat,
pro ea præsentis vitæ amari-
tudines ardentè amat.

*Compassio, quam afflictioni pro-
ximorum debemus in quo
consistat.*

Quamuis vera compassio,
est passioni proximi ex largi-
tate concurrere, nonnunquam
tamen cum exteriora quæque
abundè ad largiendum suppe-
tunt, celerius dantis manus da-

Li 20. Mo
ca. 26. &
27.

FLORES

tionem inuenit, quàm animus
dolorem. Vnde scire necesse
est, plus nonnunquam esse cõ-
pati ex corde, quàm dare: quia
quisquis perfectè indigenti cõ-
patitur, minus æstimat omne
quod dat. Exteriora etenim
largiēs, rem extra semetipsum
præbuit: qui autem fletum, &
compassionem proximo tri-
buit, ei aliquid etiam de semet-
ipso dedit.

*Crucem Domini duobus modis
baiulamus.*

Ho. 37. su.
Euang.

Duobus modis crucem dñi
baiulamus, cùm aut per abstinē-
tiam carnē affligimus, aut per
compassionem proximi, neces-
sitatem illius nostrā putamus.
Qui enim dolorem exhibet in
aliena necessitate, crucem por-
tat in mente.

D. GREGORII.

*Proximorum necessitatibus
occurrendum.*

Si proximorum necessitati- Lib. 1. epi.
bus habita compassione beni- cap. 57.
gna mente concurrimus, no-
stris proculdubio petitionibus
clementem Dominum repe-
rimus.

DE CONSOLATIONE.

Caput XXIIII.

*In rerum amissione consolatio
maxima qua.*

Magna consolatio est in Li. 2. Mor.
rerum amissione, illa tē- ca. 16. vet.
pora ad mentem reducere qui- 12. no.
bus nos contigit res, quas per-
didimus, non habuisse.

Ordo in consolatione tenendus quis.

Ordo consolationis est, vt Lib. 3. Mo.
cū volumus afflictum quem- cap. 8.
piam à mœrore suspendere stu

FLORES

deamus prius mœrendo eius
luctui concordare. Dolentem
namque non potest consolari,
qui non cōcordat dolori: quia
eo ipso quo à mœrentis affli-
ctione discrepat, minus ab illo
recipitur, à quo. mentis quali-
tate separatur. Sed emolliri
prius debet animus, vt afflicto
congruens inhæreat, inhærens
trahat. Neque enim ferrum fer-
ro coniungitur, si non vtrun-
que exustione ignis liquetur:
& durum molli non adhæret,
nisi prius eius duritia tempera-
ta mollescat: vt quasi hoc ip-
sum fiat, quod curatur, vt te-
neat. Sic nec iacētes erigimus,
nisi à rigore nostri status in-
clinemur: quia dum rectitudo
stantis à iacentis situ discrepat,
eum, qui condescendere ne-

D. GREGORII.

gligit, nequaquam leuat.

DE COMPVNCTIO-

ne. Caput. XXV.

Compunctionis effectus quantus.

SI nos virtus compunctionis
in intimis afficit, omnis stre-
pitus prauæ suggestionis ob-
mutescit: & si forti nos studio
contra vitiorū incentiua strin-
gimus, ipsa etiam vitia ad vsum
virtutis immutamus.

Afflictio nimia mœrorem subducit.

Sicut moderata afflictio la-
chrymas exprimit, ita immo-
derata subducit: quia mœror
ipse quasi sine mœrore fit, qui
afflicti mentem deuorans, sen-
sum doloris tollit.

*Lachryma quando suum non con-
sequuntur affectum.*

Fructum non habet lamen-

Li. 13. Mor.
cap. 25. ver.
19. no.

Li. 9. Mor.
ca. 44. ver.
37. no.

Li. 11. Mor.

FLORES

Li.11. Mo. ta, quæ student cum gemitu
cap.6. vet. desiderare peritura.

5. no.

*Culpa quò vberius fletur, eò al-
tior cognitio veritatis
atingitur.*

Li.27. Mo.

15. & 16.

vet.12. no.

Cùm mentem nostrâ Deus
ingreditur, constat proculdu-
bio quòd mox pœnitentiæ ge-
mitus sequatur: vt ei iam salu-
briter flere libeat, quæ prius de
iniquitatibus flenda iucundi-
tate gaudebat. Sed quò vbe-
rius culpa fletur, eò altior co-
gnitio veritatis attingitur: quia
ad videndum internum lumen
polluta dudum conscientia la-
chrymis baptizata renouatur.

Li.30. Mo.

ca.23. vet.

15. no.

Quos exteriùs in fletu con-
tinet vallis humilitatis, eos in-
teriùs subleuat ascensus con-
templationis.

D. GREGORII.

Compunctionis genera duo.

Principaliter compunctio. Lib. 3. dial.
nis genera duo sunt, quia Deū ^{cap. 34.}

sitiens anima, prius timore cō-
pungitur, pōst amore: prius e-
nim sese in lachrymis afficit,
quia dum malorum suorum
cursum recollit, pro his perpeti
æterna supplicia pertimescit.

At verò cū longa mœroris
anxietate fuerit formido con-
sumpta, quædam iam de præ-
sumptione veniæ securitas na-
scitur, & in amore cælestium
gaudiorum anlinus inflamma-
tū: & qui prius flebat, ne du-
ceretur ad supplicium, post mo-
dum amarissimè flere incipit,
quia differtur à regno.

Per fletus ducimur ad gaudia.

Vita nostra ad tempus ama- ^{Hom. 2. su.}
rescat in poenitentia, ne æter- ^{Euang.}

FLORES

Matt. 5.

Luc. 6.

In expla-
nat. 3. Psal.
pœnit.
Psal. 125.
Li. epi. 10.
cap. 7.

nam amaritudinem sentiat in
vindicta. Per fletus quippe ad
æterna gaudia ducimur, veri-
tate pollicente, quæ ait: Beati,
qui lugent, quoniam consola-
buntur. Ad fletum verò per
gaudia pervenitur, hac eadem
veritate attestante, quæ ait: Væ
vobis qui nunc ridetis, quia lu-
gebitis, & flebitis. Si ergo re-
tributionis gaudiū in perven-
tione quærimus, pœnitentiæ
amaritudinem teneamus.

Retributionis æternæ gau-
diū nequaquam in cœlo col-
ligitur, nisi prius in terra cum
fletu & gemitu & amaritudine
seminetur, sicut scriptum est:
Qui seminat in lachrymis, in
exultatione metet.

Quisquis copiosum in cælis
fructum habere desiderat, se-
minare,

D. GREGORII.

minare, dum tempus est, non
omittat, vt manipulos in die
messis cū lætitia colligat. Nam
qui seminant in lachrymis, in
exultatione & gaudio metent.

Peccata sunt fletibus tergendā.

Vnusquisque nostrum ad Li. epist. 11.
cap. 2.
pœnitentiæ lamenta cōfugiat,
dum flere ante percussione
vacat. Reuocemus ante ocu-
los mentis, quicquid errando
commisimus: & quod nequi-
ter egimus, flendo puniamus.
Nullus autem de iniquitatum
suarum immanitate desperet.
Veterinosas nanque Niniuita-
rum culpas triduana pœniten-
tia absterfit: & conuersus latro-
vitæ præmia etiam in ipsa sen-
tentia suæ mortis emeruit.

Citiùs ad precem iudex fle-
scitur, si à prauitate sua petitor Ibidem.

H

FLORES.

corrigatur. Importunis igitur
fletibus insistamus: quia ea,
quæ ingrata esse hominibus
importunitas solet, iudici veri-
tatis placet: quoniam pius ac
misericors Deus à se vult, ve-
niam precibus exigi, qui quan-
tum meremur, non vult irasci.
Hinc enim per Psalmistam di-
citur: Inuoca me in die tribula-
tionis tuæ, & eripiam te, & ma-
gnificabis me.

Psalm. 49.

DE CORPORE

Christi. Caput XXV I.

*Conscientia ante diuinorum Christi
mysteriorum perceptionem
mundanda.*

Hom. 30.

sup. Euág.

SI domum nostram quisquā
intraret, omni festinantia do-
mus tota mundaretur: ne quid

D. GREGORII.

fortasse esset, quod oculos a-
mici intrantis offenderet. Ter-
gat ergo sordes pravi operis,
qui deo præparat domum me-
tis.

Sicut, exigente culpa, quis à Lib. epist. 3.
sacramento communionis, di- cap. 26.
gnè suspenditur: ita in fontibus
nullo modo talis debet irro-
gari vindicta.

*Apostoli ad orationem solummo-
do Dominicam consecrabant.*

Orationē Dominicā in missa Lib. 7. epist.
idcirco mox post precem dici- cap. 63.
mus: quia mos Apostolorum
fuit, vt ad ipsam solummodo
orationem oblationis hostiam
consecrarent.

De CONTINENTIA.

Caput XXVII.

H ij

FLORES

*Continentia sine misericordia
homini parum proficua.*

Li. 6. Mor.
cap. 23. ver.
16. no.

Nihil prodest per continen-
tiam carnem restringere,
si mēs per se compassionē ne-
gligat in proximi amore dila-
tare. Nulla namque est castitas
carnis, quam non commendat
suauitas mentis.

*Munditia cordis nostri non nobis,
sed Deo ascribenda.*

Li. 11. Mo.
ca. 28. ver.
26. nou.

Quisquis occultæ tentationis
motus, atque immunditiam co-
gitationis euicerit, nequaquā
sibi suam munditiam tribuat:
quia de immundo conceptum
semine nullus facere mundum
potest, nisi is, qui mundus per
semetipsum solus est. Qui er-
gò iam ad locum mūditiæ mē-
te peruenit, conceptionis suæ
viam respiciat, per quam venit

D. GREGORII.

atque inde colligat, quia ex
sua virtute non habet mundi-
tiam viuendi, cui de immundi-
tia factum est initium subsistē-
di. Solus ergo in carne sua verè
mundus extitit, qui delectatio-
ne carnis tangi nō potuit: quia
nec per carnalem huc delecta-
tionem venit.

Abstinentia quando infructuosa.

Incaustum per abstinentiam Lib. 3. past.
caro atteritur, si inordinatis curæ. adiu-
motibus mēs vitiis dissipatur. 20.

*De notis cum mulieribus habi-
tare non debent.*

Qui corpus suum continen- Li. Dial. 3.
tiæ dedicant, habitare cum fœ- cap. 7.
minis non præsumant: ne ruina
mentem tantò repentina surri-
piat, quātò ad hoc, quod malè
concupiscitur, etiam præsentia
concupitæ formæ famulatur.

H. iij.

FLORES.

DE CONVIVIIS.

Caput. XXVIII.

*Vitia epulantibus concomitantur.*Li. 1. Mor.
cap. 5.

Nonnulla sunt vitia, quæ à
conviviis aut separari vix
possunt, aut certè nequaquam
possunt: penè enim semper e-
pulas comitabatur voluptas.
Nā dum corpus in refectionis
delectatione resoluitur, cor ad
inane gaudiū relaxatur. Vnde
Exod. 30. scriptū est: Sedit populus man-
ducare & bibere, & surrexe-
runt ludere.

DE CONSORTIO.

Caput. XXIX.

*Aves concolores volitant vnā.*Lib. 8. Mo-
ral cap. 38.
vet. 30. no.

Hoc vniuscuiusq; propriū
esse solet, vt qualis ipse
fuerit, tales sibi cōiungi & alios
velit: diuersitatē vitæ refugiat,

D. GREGORII.

atque hoc imitandū imprimat,
quod amat.

Vita bonorum emulanda.

Iustorum debemus vitā cō-
spicere, vt subtiliter deprehen-
damus nostram. Illorum vide-
licet species, quasi quædā for-
ma nobis imitanda opponitur:
quia viua lectio est vita bono-
rum, quam quantò subtiliùs
pensando discutimus, tantò se-
uerius in nobis omnia iniquè
gesta reprobamus.

Quantò morū vitā rerum
distat substantia, tantò grauior
calumniator est, qui malè vi-
uendo vim nostris infert mori-
bus, quàm qui violenter oppri-
mendo damna ingerit rebus.

Viri docti commercium quàm

sit vtile.

Vtilis semper est docti viri

H iij

Li. 24 Mo.
cap. 9. vet.
6. no.

Li. 26 Mor.
cap. 10.

Lib. 7. ep.
cap. 29.

FLORES

allocutio, quia aut discit audiēs
quod nescire se nouerat : aut
cognoscit, quod est amplius,
id quod se & nescisse nescie-
bat.

DE CONSILIO,

Caput. XXX.

Consilium quando infirmum.

Li. i. Mor.
cap. 32. vet.
26. no.

Vlle est consilium, cui ro-
bur fortitudinis deest: quia
quod tractando inuenit, carēs
viribus, vsque ad perfectionē
operis non perducit. Et valdē
fortitudo destruitur, nisi per
consilium fulciatur : quia quō
plus se posse conspicit, eō vir-
tus sine rationis modēramine
deterius in praeceps ruit.

DE CONCORDIA

Caput XXXI.

D. GREGORII.

*Vnitas sicuti malis noxia est, ita
bonis innocua.*

SIcut esse noxium solet, si
vnitas desit bonis, ita per-
niciosum est, si non desit malis.
Peruersos quippe vnitas cor-
roborat, dum concordat: & tã-
tò magis incorrigibiles, quan-
tò vnanimis facit. De hac vni-
tate reproborum per Sapientē
dicitur: Stuppa collecta syna-
goga peccantium. Reproborū
quippe vnitas, bonorum vitam
tantò durius præpedit, quantò
ei se per collectionem durior
opponit.

Li. 33. Mo.
cap. 33. vet.
34. no. &
Li. 34. Mo.
cap. 3. vet.
4. no.
Eccl. 21.

DE CORRECTIO-
NE. Caput. XXXII.

*Iusti correptionibus meliorantur, im-
iusti verò deteriores red-
duntur.*

Li. 10. Mo.
cap. 3.

Sicut iusti de quibusdā, quæ ab eis non rectè gesta sunt, correctionis vocem ministerium charitatis æstimant: sic peruersi contumeliam derisionis putāt. Illi protinus ad obedientiam sternuntur, isti ad insaniam suæ defensionis eriguntur. Illi correptionis adiutoriū, vitæ suæ patrociniū deputāt, quod, dū præsentis vitii culpa corripitur, venturi iudicis ira temperatur. Isti cum se impetū redargutione conspiciunt, gladiū percussione credunt: quia dum per correptionis vocem culpa detegitur, præsentis gloriæ opinio scædatur. Hinc quippe in laudem iusti per Salomonem dicit veritas: Doce iustū, & festinabit accipere. Hinc prauorum contumaciam despicit

Prou. 9.

D. GREGORII.

dicens: Qui erudit derisorem,
ipse sibi facit iniuriam.

*Praui correptionem non facile
admittunt.*

Habet hoc prauorum malitia, ut cum vera in se flere mala renuit, fingat aliena: nam quasi solatio facinoris utitur, si falsis vocibus & vita corripientis inquinetur.

Ibid. lib.

10. Mor.

cap. 3.

Correptio immodica non corripit.

Correpti mens repente ad odium proruit, si hanc immoderata increpatione plusquam debuit, addicit.

Ibid. cap.

9 ve. 5. no.

Ordo increpationis optimus

Ordo erectionis in bono iste est, ut primum contra nos, postmodum contra malos erigamur. Nam qui contra bonos

Lib. 14.

Mo. ca. 15.

vet. 13. no.

FLORES

erigitur, per superbiam inflatur.
Contra nosmetipsos erigimur,
quando mala propria recogno-
scentes, districta nosmetipsos
pœnitentiæ ultione ferimus,
quando nequaquam nobis in
peccatis parcimus, & nullis er-
ga nos cogitationum blandi-
mētis inclinamur. Qui si distri-
ctè prius nostra in nobis mala
insequimur, iustū quoque est,
vt etiam contra aliena mala v-
tiliter erigamur: & ea quæ in
nobis punimus, etiam in aliis
redarguendo superemus.

*Qualiter delinquentes sine
feriendi.*

Lib. 14.

Mor. cap.

25. vet. 24.
no.

Tantò omnipotēs Deus iu-
stius aliena vitia percutit, quā-
tò in semetipso nihil habet vi-
tiorū. Homines verò cūm per
disciplinam alios feriunt, sic a-

D. GREGORII.

lienam infirmitatē debent per-
cutere, vt etiam ad suam noue-
rint oculos reuocare: vt ex se-
metipsis considerent, quātum
aliis ferendo parcant, cū se
quoque ipsos dignos percus-
sionibus non ignorant. Vnde
considerādum est, quod si qui
fortasse sint, qui asperitate cor-
reptionis indigeant, tunc eis
dura correptio à nobis admo-
uenda est, cū Dei manus ces-
sat à verberare. Cū verò super-
na flagella insunt, non à nobis
iam correptio, sed consolatio
debetur: ne dum in dolore in-
crepationē iungimus, percus-
sionem percussioni sociemus.

In vitiorum vltione modus

seruetur.

Omnis, per quem necesse est
aliena vitia corrigi, semeti-

Lib. 26.

Mor. cap.

36. vet. 28.

no.

psum debet prius solerter intueri: ne dum aliorū culpas vlciscitur, ipse vlciscendi furore superetur. In correptione enim vitiorum subesse mētī debet iracundia, non præesse: vt executionem iustitiæ non dominando præueniat, sed famulando subsequatur: & notum iudicium possessa impleat, non possidens præcurrat.

Ibid. cap.
39. vet. 29.
no.

Sicut corporales medici quasdam ægritudines iam venisse inueniūt, quasdam verò ne veniant medentur: ita doctores sancti aliquando inuenta vulnera saluti restitunt, aliquando verò agunt in mentibus, ne vulserentur.

*Disciplina subditis qualiter
sit moderanda.*

Curandum est, vt rectorem

D. GREGORII.

subditis & matrē pietas, & pa- Li. 2. past.
trem exhibeat disciplina. Atq; curæ.ca.6.
inter hæc sollicita circumspe-
ctione providendū, ne aut di-
strictio rigida, aut pietas sit re-
missa. Nam disciplina vel mise-
ricordia multum destituitur, si
vna sine altera teneatur. Sed er-
ga subditos suos inesse rectori-
bus debet & iustè consolans
misericordia, & piè sæuiens di-
sciplina.

*Rector mansuetè subditos
corripiat.*

Plerunque contingit, vt dū
culpa subditorum cum magna
inuectione corripitur, magistri
lingua vsque ad excessus ver-
ba pertrahatur. Cūque incre-
patio immoderatè accenditur,
corda delinquētium in despe-
ratione deprimuntur. Et cor-

Ibid.cap.
10.

FLORES

repti mens ad odium proruit,
cū hanc immoderata incre-
patio plūs quā debuit, ad-
dicit.

Hom. 21.
sup. Ezec.
lib. 2.

Tanta debet esse discretio
prēlati, vt nec disciplina nimia,
nec ipsa quoque misericordia
sit remissa: ne si inordinatē cul-
pa dimittitur, is, qui est culpa-
bilis, in reatu grauius adstriga-
tur. Et rursus, si culpa immode-
ratē retinetur, tantō qui corri-
gitur deterior fiat, quantō erga
se nil ex benignitatis gratia agi
considerat. Exhibenda itaque
prauis est asperitas in ostensio-
ne, charitas in mente: vt & dura
ostensio delinquentem coër-
ceat, & charitatis custodia mer-
cedem mansuetudinis non o-
mittat.

Amica

D. GREGORII.

*Amica correptio plus prodest, quàm
nimis stricta.*

Plerumque plus virium ha- Li. epist. 8.
bet discreta in correctione re cap. 16.
missio, quàm in exequenda vl-
tione districtio, adeò vt non-
nunquam hæc fideliorè atque
subiectum, illa verò obstina-
tum faciat & æmulum.

*Pecata dum augentur, seuerius
insequenda sunt.*

Quando mala quæ pœnitē- Lib. epist.
tiæ fletu purganda sunt, augē- 10. cap. 35.
tur excessibus: ita maior delin-
quentibus est adhibenda cor-
reptio, vt & ipsi facinus suum,
saltē pœna vindicātē, cogno-
scāt, & alios ab illicitis ecclesia-
stica tutionis timor inhibeat.

Sicut laudabile discretum Ibid. cap.
que est, reuerentiam & hono- 37.
rem debitum exhibere priori.

I.

bus: ita rectitudinis & Deit-
 moris est, si qua inter eos cor-
 rectione indigent, nulla dissi-
 mulatione postponere: ne to-
 tum, quod absit, corpus inci-
 piat morbus inuadere, si lan-
 guor non fuerit curatus in ca-
 pite.

Lib. epist.
 12. cap. 31.

Manifesta peccata non sunt
 occulta correctione purgan-
 da, sed palàm sunt arguendi,
 qui palàm nocent: vt dum a-
 perta obiurgatione sanantur, ij
 qui imitando deliquerant, cor-
 rigantur. Dum enim vnus cor-
 ripitur, plurimi emédantur. Et
 melius est, vt pro multorum
 salute vnus cōdemnetur, quàm
 per vnus licentiam multi pe-
 riclitentur. Nec mirum, si inter
 homines hæc ratio custoditur,
 eum & inter iumenta hoc fieri

D. GREGORI

persape cognouimus : vt ea,
quæ scabiem aut impetiginem
habere videntur, separentur à
sanis, ne illorum morbo, sana
damnentur & pereant.

DE CONVITIO.

Cap. XXXIII.

*Convitia illata facillè toleramus, si
mala quæ fecimus ad memoriam
reuersemus.*

TVnc illata cõuitia bene to-
leramus, cùm in secreto
mentis ad mala perpetrata re-
currimus. Leue quippe vide-
bitur, quòd iniuria percuti-
mur, dum in actione nostra cõ-
spicimus, quia peius est quod
meremur, sicque fit, vt con-
tumeliis gratia magis quàm ira
debeatur, quarum interuentu
Deo iudice pœna grauior de-
clinari posse confiditur.

I ij

Lib. 30
Mor. cap.
17. vet. 9.
no.

FLORES
DE COMMENDA-
tione. Caput XXXIIII

Studia commendatione proficiunt.

Lib. epi. 8.
cap. 52.

Sicut ignis aura flante fit grā-
dior, sic bonæ mentis stu-
dia cōmendatione proficiunt.

DE CONDEM-
natorum cruciatu.

Caput XXXV.

Lib. 2. Mor.
ca. 26. vet.
20. no.

Malos homines nō solum
ignis per vindictam pōst-
cruciat, sed nunc etiam per li-
uorem cremat: quia qui pōst
puniendi sunt retributionis
supplicio, nunc semetipsos af-
ciunt inuidiæ tormento.

Lib. 6. Mor.
cap. 21. vet.
16. no.

Diabolus quos viuentes blā-
diens decipit, morientes sē-
uiens rapit,

*Damnatos nulla sequitur
misericordia.*

D. GREGORII.

Nequaquam vltà miser- Li 9. Mor.
cordia parcentis liberat, quos. cap. 45.
semel in locis pœnalibus iusti-
tia iudicis damnat.

*Fasciculos Zizaniorum ligare, est
impios cum impiis eterno
igni tradi.*

Fasciculos, quos Dominus Ibid. cap.
præcepit in Euāgelio ligare ad 47. vet. 39.
comburendum, est hos, qui æ- no.
terno igni tradendi sunt, pares
paribus sociare: vt quos similis
culpa inquinat, par etiā pœna
constringat: & qui nequaquam
dispari iniquitate polluti sunt,
nequaquam dispari tormento
crucientur: quatenus simul
damnatio cōterat, quos simul
elatio subleuat: quosque non
dissimiliter dilatauit ambitio,
non dissimilis angustet affli-
ctio: & par cruciet flamma sup-

I iij



FLORES

plicij, quos in igne luxuriæ par
succendit flamma peccati.

*Damnatos diuerso supplicio ge-
henna ignibus subiicit di-
sparietas criminis.*

Ibid.

Gehenna quanuis cunctis
vna sit, non tamen cunctos vna
eadémque qualitate succédit:
Nam sicut vno sole omnes
tangimur, nec tamen sub eo v-
no ordine omnes æstiuamus,
quia iuxta qualitatem corpo-
ris, sentitur etiam pondus ca-
loris: sic damnatis & vna est ge-
henna quæ afficit, & tamen nō
vna omnes qualitate combu-
rit: quia quod hīc agit dispar
valetudo corporum, hoc illic
exhibet dispar causa meritorū.

Ibi. ca. 49.

vet. 50. no.

39. & 40.

Tunc edax flamma combu-
rit, quos nunc carnalis delecta-
tio polluit: tunc infinitè patens

D. GREGORII.

infernī barathrū deuorat, quos
nunc inanis elatio exaltat: at-
que qui quolibet ex vitio, hīc
voluntatem callidi persuasoris
expleuerunt: tunc enim duce
suo reprobi ad tormenta per-
ueniunt. Sed quid prodest ista
prænosse, si non contingat e-
uadere? Tota ergo intentio-
ne curandum est, vt cū vaca-
tionis tempus accipimus, bene
viuendi studio malorum vlti-
cia tormenta fugiamus. Hinc *Eccle. 9.*
quippe per Salomonem dici-
tur: Quodcunque potest ma-
nus tua facere, instanter ope-
rare: quia nec opus, nec ratio,
nec sapientia, nec scientia erit
apud inferos, quò tu properas.
*Peccator prudens erit in pœna, qui
stultus extitit in culpa.*

Omnis peccator prudens e-

I iij.

Li. 15. Mo.
ca. 23. vet.
31. no.

rit in pœna qui stultus fuit in
culpa: quia ibi iam dolore con-
strictus ad rationem oculos a-
perit, quos hîc voluptati dedi-
tus clausit: & pœna torquente
exigitur vt sapiat, qui hîc ex-
cœcante se superbia, despicie-
bat.

Sæpe diu tolerantur dammandi.

Ibi. ca. 27. Sæpe diu diuina patientia
vet. 35. no. tolerat, quos iam ad supplicia
præcisa condemnat: permittit
florere, quos adhuc cernit de-
teriora perpetrare. Quia enim
videt ad quam damnationis
foueam tendant, hoc eis pro
nihilò esse existimat, quòd hîc
peruersi relinquenda multipli-
cant. Sed quisquis præsentis
vitæ gloriam diligit, magnam
esse fœlicitatem deputat hîc
secundum votum florere: quâ-

D. GREGORII.

uis rogatur postmodum sup-
plicia æterna tolerare.

*Reprobi in corpore & anima
torquentur.*

Sicut reproborum culpa in
mente fuit & corpore, ita eo-
rū pœna in anima erit pariter &
in carne. Hic Propheta ait: Re-
liquias eorū deuorabit ignis.

*Æterna perditionis indicium
evidentiſſimum quod.*

Manifestū perditionis æter-
næ indicium est, quando affe-
ctatis iniquitatibus subsequēs
fauet effectus: & nulla contra-
rietas impedit, quod mens per-
uersa concepit.

Quos diabolus ante mortem
latenter intercepit, hos ad sup-
plicij sui cōsortium post mor-
tem violenter rapit.

Sicut electos beatitudolatis

Li. 16. Mo.
cap. 7.
Iob 22.

Li. 26 Mo.
ca. 16. vet.
14. no.
Li. 30. Mo.
cap. 31. vet.
15. no.

Li. Dia. 4.
ca. 28.

ficat: ita credi necesse est, quod
à die exitus sui ignis reprobos
exurat.

*Corporeus ignis in Spiritum pec-
catoris agit.*

Ibi. ca. 29.

Si incorporeus Spiritus in
hoc teneri potest quod viuifi-
cat, quare non pœnaliter & ibi
teneatur, vbi mortificatur? Te-
neri autē Spiritum per ignem
dicimus, vt in tormento ignis,
videndo atque sentiendo pu-
niatur. Ignem nanque eo ipso
patitur quod videt: & quia cre-
mari se aspicit, crematur. Sic-
que fit, vt res corporea incor-
poream exurat, dum ex igne
visibili ardor ac dolor inuisibi-
li trahitur: vt per ignem cor-
poreum, mens incorporea et-
iam incorporea flamma cru-
ciatur: quanuis colligere ex di-

D. GREGORII.

Quis Euāgelicis possumus, quia
incendium anima non solum Luc. 16.
videndo, sed etiam experiēdo
patiatur, veluti veritas de di-
uite epulone refert. Dum ergo
diuitem epulonem damnatum
veritas in ignē perhibet, quis-
nam sapiens reproborum ani-
mas teneri ignibus neget?

*Ordo tormentorum etiam in
inferno.*

Angeli zizania ad combu- Ibi. ca. 35.
rendum in fasciculos ligant,
cū pares paribus in tormētis
similibus sociant: vt superbī cū
superbis, luxuriosi cum luxu-
riosis, auari cum auaris, fallaces
cum fallacibus, inuidi cum in-
uidis, infideles cum infidelibus
ardeant. Cū ergo similes in
culpa, ad tormenta similia de-
ducuntur, quia eos in locis

FLORES

pœnalibus Angeli deputant,
quasi zizaniorum fasciculos ad
comburendum ligant.

Mali æternaliter puniuntur.

Li. 4. Dial.
log. cap.
44.

Omnipotens Deus, qui pius
est, miserorum cruciatu non
pascitur: quia verò iustus est,
ab iniquorum ultione in per-
petuum non sedatur.

DE DEO, ET IIS
quæ attribuuntur Deo.

Caput XXXVI.

Li. 2. Mor.
ca. 4. vet. 3.
no.
Luc. 13.

Nescire Dei, reprobare est,
vnde quibusdam in fine
dicturus est: Nescio vos vnde
fitis. Discedite à me omnes o-
perarii iniquitatis.

Anima Dei quid.

Cùm sit cunctis corporibus
exterior, cunctis mentibus in-
terior Deus, ea ipsa vis eius

D. GREGORII.

qua omnia penetrat, cuncta- Li. 16. Mo.
que disponit, anima illius in cap. vltim.
scripturis sacris appellatur. Li. 10. Mo.

Deus qualiter recordari, & obliuisci dicatur.

Sciendum verò est, quòd re- Li. 17. Mo.
cordari Deus nequaquam pro- ca. 1. vet. 2.
priè dicitur. Qui enim obliuisci nō.
non potest, quo pacto recor-
dari potest? Sed quia eos nos,
quorum recordamur, ample-
ctimur: ab his autem, quorum
obliuiscimur, elongamur, hu-
mano usu & recordari Deus
dicitur, cum dona tribuit: & ob-
liuisci, cum in culpa derelin-
quit. Sed quia cuncta pensat:
cuncta sine intermissione al-
ternatione considerat, & recor-
datur bonorum, quorum tamē
nūquam obliuiscitur: & nulla-
tenus recordatur malorum,

FLORES

quos tamen per iudicium semper intuetur.

DE DELECTATIONE.

Capitulum XXXVII.

Li.2. Mor.
ca.35. vet.

IN quantum ad delectationem præsentium ducimur, intantum minus ab illicitis temperamur.

Li.4. Mor.
ca.17. ve.15
no.

Solenter vigilandum est, ut cum blandiri culpa inchoat, ad quantum interitum mens trahatur agnoscat.

*Carnalis delectatio quando
minoris culpæ.*

Ibid ca.21.
vet.17.no.

Sicut minoris culpæ est, cum carnaliter mens in delectationem rapitur, sed tamen delectationi suæ per spiritum reluctatur: ita grauioris & plenæ nequitie est, ad peccati illece-

D. GREGORII.

bram non solum delectatione
pertrahi, sed etiam consensu
famulari. Tantò igitur arctiori
manu pœnitentiæ, mens à pol-
lutione tergendæ est, quantò se
per cōsensum conspicit sordi-
dius inquinatam.

Inde in perpetuum Sp̃ritus
interit, vnde ad tempus caro
suauiter viuuit.

Li. 10. Mo.
ca. 24. vet.
13. nō.

*Carnalis dulcedo delectationis in
conscientia nutrit vermem
doloris*

Carnalis dulcedo delecta-
tionis, in cōscientia nutrit ver-
mem doloris. Quid nanque ca-
ro, nisi putredo ac vermis est?
Et quisquis carnalibus deside-
riis anhelat, quid aliud quàm
vermē amat? Quæ enim sic car-
nis substantia, testantur sepul-
cra? Quis parentum, quis ami-

Li. 16. Mo.
cap. vltim.

corum fidelium, quamlibet dilecti sui tangere carnem, scaturientem vermibus potest? Caro itaque cum concupiscitur, pensetur quis sit ex animis, & intelligitur quid amatur. Nihil quippe sic ad edomandū desideriorum carnalium appetitū valet, quā ut unusquisq; hoc, quod viuū diligit, quale sit, mortuū penset. Cōsiderata etenim corruptione carnali citius cognoscitur, quia cum illicite caro concupiscitur, tabes desideratur. Bene ergo de luxuriosi mente dicitur: Dulcedo illius vermis, quia is, qui in desiderio carnalis corruptionis æstuat, ad foetorem putredinis anhelat.

Iob. 24.

Lib. 4. Dia
cap. 36.

Carnalis delectatio mentem, quam inficit, obscurat, ut veritatis luminis claritatem non videat: sed

D. GREGORII.

sed vnde inferius delectatur,
inde caliginem supernam pa-
tiatur.

DE DETRACTO-
RIBVS.

Caput XXXVIII.

*Obrectatio interdum æquo animo
toleranda, quatenus nobis ce-
dat ad meritum.*

Linguas detrahentium sicut
nostro studio nō debemus
excitare ne ipsi pereant: ita per
suam malitiam excitatas debe-
mus æquanimiter tolerare, vt
nobis meritum crescat. Verun-
tamen hi quorū vita in exem-
plo imitationis est posita, de-
bent, si possunt, detrahentium
sibi verba compescere, ne eo-
rum prædicationem non au-
diant, qui audire poterant, & in

Hom. 9 su.
Ezech. li. 1.

K

FLORES

prauis moribus remanentes;
bene viuere contempnant.

DE DIABOLO.

Caput XXXIX.

*Diabolus beatitudinem angelorum
perdidit, non naturam.*

Li. 2. Mor
ca. 3. vet. 2.
no.

Etsi beatitudinē diabolus
perdidit, naturam tamen
Angelis similem non amisit:
etsi meritis prægrauatur, con-
ditione naturæ subtilis attol-
litur.

*Diaboli voluntas semper est iniqua,
nunquam tamen potestas
iniusta.*

Ibi. ca. 10.
vet. 6. no.

Sciendum est, quia satanæ
volūtas semper iniqua est, sed
nunquā potestas iniusta: quia
à semetipso voluntatem habet,
sed à Domino potestati. Quod
enim ipse facere iniquè appe-

D. GREGORII.

tit, hoc Deus fieri non nisi iu- 1 Reg. 18.
stè permittit. Vnde bene in li- Lib. 2. Mo.
bris Regum dicitur: Spiritus cap. 21. vet.
Domini malus irruebat in Saul. 16. no.

Occulta iustitiæ licētia ma-
lig nis spiritibus datur, vt quos
volentes in peccati laqueo strā-
gulant, in peccati pœnam etiā
nolentes trahant.

Hostis antiqui scuitia.

Antiquus hostis eò contra Ibid. cap.
bonos grauius scuit, quò valla 32. vet. 24.
ri eos diuinæ ptectionis mu- no.
nere conspicit.

Hostis antiqui fraus.

Diabolus quos viuētes blā- Li. 6. Mor.
diens decipit, morientes sē- cap. 21. vet.
uiens rapit. 16. no.

*Cacodæmonibus quando fa-
cile resistimus.*

Facile inimico resistitur, si Li. 13. Mo.
non ei vel in multis lapsibus, ca. 10. vet.
6. no.

K ij

FLORES.

319. 11. 1. vel in vno diutius cōsentiatur.
1. 1. 1. Sin verò eius suasionibus ani-
319. 11. 1. ma subesse consueuerit, quātō
319. 11. 1. se ei crebrius subiicit, tantō eū
sibi intolerabiliorem facit, vt
ei reluctari valeat: quia nimirū
malignus aduersarius contra
hanc ex praua consuetudine
deuictam, quasi more gigantis
pugnat.

Astutia diaboli quanta.

114. Mo.
cap. 6. vet.
7. no.

Intuetur inimicus generis
humani vniuscuiusque mores
cui vitio sint propinqui, & illa
opponit ante faciem, ad quæ
cognoscit facilius inclinari mē-
tem: vt blādis & lætis moribus
sæpe luxuriam, nonnunquam
vanam gloriam: asperis verò
mentibus iram, superbiam, vel
crudelitatem proponat. &c.

D. GREGORII.

*Diaboli voluntas iniusta, & omnis
potestas eius semper iusta.*

Diabolus licet afflictionem
iustorum semper appetat, ta-
men si ab authore nostro po-
testatem non accipit, ad tenta-
tionis articulū nullatenus con-
ualefcit. Vnde & omnis volū-
tas diaboli iniusta est, & tamen
permittente Deo, omnis pote-
stas iusta. Ex se enim tentare
quoslibet iniuste appetit, sed
eos, qui tentandi sunt, prout
tentandi sunt, non nisi tentari
Deus iuste permittit.

Li. 18. Mo.
cap. 1. ver.
3. no.

*Hostis antiqui calliditas
quanta.*

Habet hoc proprium anti-
qui hostis inuidia, vt quos in-
prauorum actuum perpetra-
tione, Deo sibi resistente, de-
cipere nō valet, opiniones eo-

Li. epist. 2.
cap. 23.

K ii

FLORES.

rum falsas ad præsens simulan-
do dilaceret.

DE DISCORDIA.

Caput XL.

*Parentum diuitia prolibus occasio-
nem præstant discordiæ.*

Lib. 1. Mo.
cap. 4.

Solet inter fratres maior
substantia discordiæ fieri
grauioris causa.

*Discordiam seminans, charitatem
matrem omnium virtu-
tum extinguit.*

Li. 3. Past.
curæ. adm.
26.

Perpendant seminantes iur-
gia, quàm multipliciter peccât,
quia dum vnâ nequitia per-
petrant, ab humanis cordibus
cûctas simul virtutes eradicât.
In vno enim malo innumera
peragunt, quia seminando dis-
cordiâ, charitatem, quæ nimi-
rum virtutum omnium mater,

D. GREGORII.

extingunt. Quia autem nihil
præciosius est Deo virtute di-
lectionis, nihil est diabolo de-
lectabilius extinctione chari-
tatis. Quisquis ergò seminādo
iurgia dilectionem proximo-
rum perimit, hosti Dei familia-
rius seruit: quia ille amissa ceci-
dit, hanc iste vulneratis cordi-
bus subtrahens, eis iter acces-
sionis abscidit.

DE DISCRETIONE.

Caput. XLI.

Virtutis meritum ipsa forti-
tudo operis amittit, si dis-
cretio in intellectu non fuerit.

Lib. 1. sup.
Ezec. Ho.
3.

DE DIVITIIS ET
DIVITIBVS.

Caput XLII.

K iij

FLORES

*Diuitiæ nocumento interdum sunt
ad beatitudinem adipis-
cendam.*

Li. 4. Mor.
cap. 2. vet.
3. no.
Matth. 19.

R Arum valde est, vt qui au-
rum possidēt, ad requiem
tendāt, dum per semetipsam
veritas dicat: Difficilē qui pe-
cunias habent, intrabunt in re-
gnum cœlorum. Nam qui hîc
multiplicandis diuitiis inhiant,
quæ alteri⁹ vitę gaudia sperāt?

*Non est census in crimine, sed
affectus.*

Li. 10. Mo.
ca. 18. vet.
17. no.

Sunt nonnuli qui dum ter-
renis se opibus abundare con-
spiciunt, veras Dei diuitias nō
requirunt, atque æternam pa-
triam non amant: quia hoc sibi
sufficere, quodd rebus tempo-
ralibus fulciuntur, putant.

*Diuitiæ dum habentur, facîle
despiciuntur.*

D. GREGORII.

Facile est hominem tunc diuitias despiciere, cum habet: Li. 11. Mor.
cap. 1. vet.
2. no.
difficile verò est eas cum non habet, viles æstimare.

Diuitie excæcant mentis oculos.

Habent hoc potētes, & ini- Li. 12. Mor.
cap. 22. vet.
qui proprium, vt fallacibus diuitiis occupati, veras Dei opes negligant: & quantò minus, quod verum est, inquirunt, tantò amplius falsis diuitiis extollantur. Cura etenim multiplex terrenarum rerum quia occupat, excæcat.

*Multi diuites possent habere opes
& gloriam, si hæc cum humilitate haberent.*

Sæpe quosdam diuites videmus, qui opes & gloriam habere sine culpa potuissent, si hæc habere cum humilitate voluissent. Sed extolluntur re- Lib. 14.
Mor. ca. 8.

FLORES

Luc. 12.

Iob. 18.

Lib. 15. Mo
ral. cap. 25.
vet. 33. 10.

bus, inflantur honoribus, de-
dignantur cæteros, omnemque
vitæ suæ fiduciam in ipsa abū-
tia rerum ponūt. Vnde & qui-
dam diues dicebat: Anima ha-
bes multa bona reposita in an-
nos plurimos, requiesce, co-
mede, bibe, epulare. Quas co-
gitationes dū supernus iudex
aspicit, de ipsa hac eum sua fi-
ducia euellit. Vnde beat⁹ Iob,
Euellatur de tabernaculo suo
fiducia eius, & calcet super eū
quasi rex, interitus.

Diuitia superbiam pariunt.

Sicut ex abundanti cibo a-
deps, ita ex abundantia rerum
superbia nascitur, quæ impin-
guat mentem diuitiis, dum ele-
uatur animus superbientis. Su-
perbia quippe cordis quædā
pinguedo, est crassitudinis.

D. GREGORII.

Vnde quia plerique ex abundā-
tia peccata perpetrant, per Pro-
phetam dicitur. Prodiit quasi Psal 72.
ex adipe iniquitas eorum.

*Similitudo de diuitibus qui com-
parantur pauperibus, de mundi
huius diuitiis somnian-
tibus.*

Sæpe contigit dormienti i-
nopi, vt se per somnium diui-
tem videat, atque ex eisdem
rebus animum extollat: læte-
tur se habere quod nō habuit,
iāque dedignari quærat, à qui-
bus dedignatum esse se doluit.
Sed repente euigilās, euigilas-
se se doleat, qui interim diui-
tiarum imaginem, vel dormiēs
tenebat. Gemit enim protinus
sub paupertatis pondere, &
inopiæ suæ angustiiis premitur:
& eò peiùs, quò ad tempus bre

Li. 18 Mo.
ca. 10. vet.
12. no.

FLORES

uissimum, vel vacuè diues
fuit. Sic, sic nimirum huius mū
di sunt diuites, qui rebus acce-
ptis tument. Bene operari de
sua abundantia nesciunt, quasi
dormientes sunt diuites, sed
paupertatem suam euigilantes
inueniunt: quia nihil secum ad
illud iudicium, quod perma-
neat ferunt:& quantò nunc ad
breue tempus sublimiùs elati
sunt, tantò contra se in perpe-
tuum grauiùs ingemiscunt.

*Diuites quotidie pauperes
perimunt.*

Li. 3. Past.
cura. adm.
22.

Diuites cùm accepta non tri-
buunt, in proximorum nece
grassantur: quia tot penè quo-
tidie perimunt, quot morien-
tium pauperum apud se subfi-
dia abscondunt.

D. GREGORII.

*Diuitum nomina plus solent sciri,
quàm pauperum.*

In populo plus solēt nomina
diuitum, quàm pauperum sci-
ri. Quid est ergò, quod Domi-
nus de paupere & diuite ver-
bum faciens, nomen pauperis
dicit, & nomen diuitis nō dicit:
nisi quòd Deus humiles nouit,
atque approbat, & superbos
ignorat? Vnde & quibusdam
de miraculorum virtute super-
bientibus in fine dicturus est:
Nescio vos, vnde sitis: discedi-
te à me omnes operarij iniqui-
tatis. At contrà Moyſi dicitur.
Noui te ex nomine. Ait ergò
de diuite: Homo quidam: ait
de paupere, Egenus, nomine
Lazarus: Ac si apertè dicat: Pau-
perem humilem scio, superbū
diuitem nescio. Illum cogni-

Hom. 40.
sup. Euāg.

Luc. 13.
Exo d. 33.
Luc. 16.

FLORES

tum per approbationem habeo, hunc per iudicium reprobationis ignoro.

Diues epulo quia minima negavit, ad minima petenda peruenit.

Ibid. hom.
40. super.
Euang.

Diues iste, qui vulnerato peri mensæ suæ vel minima dare noluit, in inferno positus vsque ad minima quærenda peruenit. Nam & guttam aquæ petiuit, qui micas panis negauit.

Mala Lazari purgauit ignis inopia, bona diuitis remunerauit felicitas transeuntis vite.

Ibidem.
Lucæ. 16

Dum dicitur de diuite epulone: Recepisti bona in vita tua, indicatur & diues iste boni aliquid habuisse, ex quo in hac vita bona receperit. Rursûmque dum de Lazaro dicitur: quia recipit mala, profectò mō

D. GREGORII.

stratur, & Lazarus habuisse
malum aliquod, quo purgaretur.
Sed mala Lazari purgavit
ignis inopiæ, & bona diuitis
remuneravit felicitas transeun-
tis vitæ: Illum paupertas affli-
xit & terfit: istum abundantia
remuneravit & repulit.

DE DISPENSATO-
ribus. Caput XLIII.

*Iacula hostis in eos, qui dispensan-
dis terrenis præsumunt.*

Omnis, qui dispensandis
terrenis rebus præsidet,
occulti hostis iaculis latius pa-
tet.

Lib. 2. Mo-
ral. cap. 35.
vet. 16. no.

*Mundum deserens illico ad officia
non est promouendus.*

Qui mundum deserunt, ad
exteriora officia prouehi non
debent, nisi per humilitatem

Li. 8. Mor.
ca. 34. vet.
29. no.

FLORES

diutius in eiusdem mundi cō-
temptu solidentur. Citiùs nan-
que bona depereunt, quæ ho-
minibus ante tempus innotef-
cunt: quia & arbuta plantata,
priusquam fixa radice coale-
scunt, si manus concutiēs tan-
git, are facit. At si in altum ra-
dix figitur, & terræ humoribus
consperfa solidatur, hæc & ma-
nus impellit, sed non lædit: hæc
& ventorum flatus in flecten-
do concutiunt, sed non euer-
tunt.

*Secularia à dispensatoribus quã-
do legitimè admini-
strantur.*

Li. 18. Mo-
ca. 29. vet.
25. no.

Sicut vigor mentis frænā-
dis præest motibus carnis, sic
sæpe superimpositos tumultus
occupationis bene regit amor
quietis: quia exteriores curæ si
peruerso

D. GREGORII.

peruerso amore non appetuntur, non confuso, sed ordinato animo ministrari queunt.

Monstrat quàm bene dispenset propria, qui fideliter administrat aliena.

Li. Epist. 3.

cap. 33.

Ibid. cap.

43.

Sicut Ecclesia proprias res amittere non debet: ita eam rapacitatis ardore inuadere alienas non oportet.

DE DILECTIONE.

Caput XLIIII.

Dilectio morti comparatur.

VAlida est ut mors dilectio. Virtuti etenim mortis dilectio comparatur: quia nimis mentem, quam semel reperit, à delectatione mundi funditus occidit.

Li. 10. Mor.

cap. 22. Vet.

12. no.

Canti. 8.

Inimici diligendi sunt, & de eorum profectu gaudendum.

L

FLORES

Li. 22. Mo-
ral. cap. 10.
vet. 6. no.
Ioan. 13.

Omnipotentis Dei nos discipulos esse, sola custodia charitatis probat. Hinc est etiam, quod per semetipsum veritas dicit: In hoc omnes cognoscant, quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis adinuicem. Quæ nimirum dilectio, si cor nostrum veraciter replet, duobus modi ostendi solet, scilicet si & amicos in Deo, & inimicos diligimus propter Deum. Sed sciendum est, quia inimici dilectio tunc veraciter custoditur, cum nec de profectu addicimur, nec de ruina illius lætamur.

*Charitate & concordia hostis
antiquus præcipue
prostermitur.*

Ho. 8. sup.
Ezech.

Scimus, & liquidò constat,
quia castrorum acies tunc ho-

D. GREGORII.

stibus terribilis est, quando ita fuerit constipata, atque densata, vt in nullo loco interrupta videatur. Nam si ita disponitur, vt locus vacuus, per quē hostis possit ingredi, dimittatur, profectò iam suis hostibus terribilis non est. Et nos ergo cū contra malignos spiritus, spiritalis certaminis aciem ponimus, summopere necesse est, vt per charitatem semper vincti, & constricti, nunquam interrupti per discordiam inueniamur: quia si quælibet bona in nobis opera fuerint, si charitas desit, per malum discordiæ locus aperitur in acie, vnde ad feriendos nos hostis valeat intrare. Antiqu⁹ verò inimic⁹ castitatē in nobis, si sine charitate fuerit, nō timet: quia ipse nec

L ij

FLORES

carne præmitur, vt in eius luxuria dissoluatur. Abstinentiam non timet, qui ipse cibo non vtitur, quoniam necessitate corporis non vrgetur. Distributionem terrenarum rerû non timet, si eidem operi charitas desit: quia diuitiarum subfidis ipse non eget. Valde autem in nobis charitatem verâ, id est, amorem humilem, quem nobis vicissim impendimus, timet, & nimis concordie nostræ inuidet: quia hanc noster nemus in terra, quam ipse tenere nolens, amisit in cœlo.

*Proximum tuum si amas, toleras:
tolerare si desistis, amare
desistis.*

No. 15. su.
Ezec. li. 2.

Quantum lata mens fuerit per amorem, tantum erit & patiens per longanimitatem. Na

D. GREGORII.

tantum quisque portat proximum, quantum amat. Si enim amas, portas: si desistis amare, desistis tolerare. Quem enim minus diligimus, minus etiam toleramus: qui irruente fastidio, citius facta proximi adducuntur in grauedinem ponderis, quæ nobis leuat pœna charitatis.

Charitas vera quæ.

Omni habenti dabitur, & abundabit: quia quisquis charitatem habet, etiam dona alia percipit. Quisquis charitatem nō habet, etiam dona quæ percipisse videbatur, amittit. Unde necesse est, ut per omne, quod agitur, erga charitatis custodiam vigiletur. Charitas autem vera est, & amicum diligere in Deum, & inimicum diligere propter Deū. Quam quis-

Hb. 9. sup.
Euangelia.
Matth. 25.

L iij

FLORES

quis non habet, omne bonum
emittit, quod habet.

*Radix omnium virtutum
charitas.*

Ho. 27.
sup. Euang.

Vt multi arboris rami ex vna radice procedunt: sic multae virtutes ex vna charitate generantur. Nec habet aliquid viriditatis ramus boni operis, si non manet in radice charitatis. Ille autem veraciter charitatem habet, qui & amicū diligit in Deo, & inimicum diligit propter Deum.

Ho. 30. su.
Euangelia.

Charitas vera quae.
Omne, quod odis tibi fieri, vide, ne ipse alteri facias. Si enim & quod impediri nobis recte volumus, hoc aliis impartimur, & quod nobis fieri nolumus, hoc aliis facere ipsi deuotamus, charitatis iura illaesa seruamus.

D. GREGORII.

Charitas autē vera est, cū &
in Deo diligitur amicus, & p-
pter Deū diligitur inimicus.

*Charitas multorum corda vi-
uendo constringit.*

Mater & custos bonorū om-
nium charitas, quæ multorum
corda vniendo constringit,
absentem nō æstimat eū, quem
oculis mētis habet præsentem.

Lib. Epi. 5.
cap. 60.

Tunc bene atque vere ad
proximorum dilectionem de-
scendimus, si in dilectione Dei
ex toto corde, & ex tota ani-
ma & mente, atque ex totis vi-
ribus persistimus.

Ibi. ca. 62.

*Charitas magistra omnium
bonorum.*

Magistra bonorum omnium
charitas, quæ nil sapit extra-
neum, nil asperum, nil confu-
sum: ita exercet corda & corro-

Lib. Epi. 7.
cap. 112.

L iij

FLORES

borat, v̄t nil graue, nil difficile
existimet, sed fiat totum dulce
quod agitur. Huius igitur cū
sit proprium nutrire concor-
diam, seruare coniuncta, disso-
ciata coniungere, praua dirige-
re, & virtutes cæteras perfecti-
onis suæ munimine solidare,
quisquis in eius radices se inse-
rit, nec à viriditate deficit, nec
à fructibus inanescit: quia hu-
morem fœcunditatis opus effi-
cax non amittit.

DE DOCTORI- bus, seu prædicatoribus. Cap. XLV.

*Tractator diuini verbi, fluminis mo-
rē debet imitari: & ad hoc si-
militudo imprimis elegans.*

Sacri tractator eloquij mo-
rem fluminis debet imitari.

D. GREGORII.

Fluuius quippe dum per alueū In Epi. ad
defluit, si valles concauas ex la Leandr. in
tere contingit, in eas protinus expo. Iob.
fui impetus cursum diuertit, cap. 2.
cūmq̃ue illas sufficiēter imple-
uerit, repente se in alueum re-
fundit: sic nimirum, sic diuini
verbi esse tractator debet, vt
cūm de qualibet re differit, si
fortasse iuxta positā occasionē
cōgruæ ædificationis inuene-
rit, quasi ad vicinam vallē lin-
guæ vndas intorqueat, & cūm
subiectæ instructionis campū
sufficiēter infuderit, ad sermo-
nis propositi alueum recurrat.

*Doctoris predicatio operibus
confirmanda.*

Cūm à vitiis caro restringi-
tur, cūm mens virtutibus exer-
cetur, restat vt loquendo quis-
que doceat vitam alios, quam

Li. 6. Mor.
ca. 24. vet.
16. no.

FLORES

moribus seruat. Ille namque vberes fructus prædicationis colligit, qui semina bonæ operationis præmittit. Et ille bene loquendi facundiam accipit, qui finem cordis ad perfectum viuendi studia extendit. Nec conscientia loquentem præpedit, cum vita linguam antecedit: quia dum viuendo monstrat, quod prædicando asserit, multitudo loquentium innumerabilis exurgit.

*Imperitia summa est, ubi sus vult
instruere Mineruam.*

Ibi. ca. 29.
vet. 18. no.

Quantalibet doctrina mens polleat, grauis eius imperitia est, velle docere meliorem.

Li. 16. Mo.
ca. 24. vet.
no. 22.

Doctores sunt senatores Ecclesia.

Quasi quidam intra sanctam Ecclesiam senatores sunt viri doctores, qui cum scientiam in corde multiplicant, veris a-

D. GREGORII.

pud se diuitiis abundant. Sed
hæretici vulgum pauperẽ spo-
liât, quia dum doctis non præ-
ualent, indoctos quosque à
velamine fidei, prædicatione
pestifera denudant.

*Sermo doctorum debet formari ad
capacitatem audientium.*

Secundum capacitatem au-
dientium contemperare se de-
bet lingua doctorum. Nā ple-
runque, si auditorum cor ver-
bi immensitate corrumpitur,
lingua docentium indiscretio-
nis pœna multatur. Quare co-
ram parvulis mētibus tegenda
est alta sciētia, ne vnde cor do-
centium ad summa attollitur,
inde infirmitas auditorum ad
ima dilabatur.

Ars debet esse docentium,
vt in auditorum suorum men-

Li. Mor.
17. cap. 13.

Li. 18. Mo-
ral. cap. 6.
vet. 8. no.

FLORES

tibus prius studeant peruersa
destruere, & postmodum recta
prædicare : quia nequaquam
rectè veritatis fundamētū po-
nitur, nisi prius erroris fabrica
destruatur.

*Prædicator erroris dum ad
supplicium rapitur, sub-
diti ad veritatis a-
gnitionem reuer-
tuntur.*

Li. 18. Mo-
ral. cap. 7.
vet. 10. no.

Dum author erratum ple-
bium rapitur ad pœnam, se-
ductæ plebes reformantur ad
veritatis scientiam : & tunc ad
veram cognitionē redeunt sub-
diti, cū ad æterna supplicia
perueniunt, qui malè fuerant
prælati.

*Prædicator viuendo impleat,
quod loquendo suadet.*

Lex est ipsis prædicatoribus

D. GREGORII.

posita, vt viuendo impleant, Li. 19. Mo.
 quod loquendo suadere festi- ca. 6. vet.
 nant. Nam loquēdi authoritas 5. no.
 perditur, quando vox opere
 non adiuuatur. Hinc per Psal-
 mistam dicitur: Peccatori au-
 tem dixit Deus: Quare tu enar Psal. 49.
 ras iustitias meas, & assumis te-
 stamentum meum per os tuū?
 Tu verò odisti disciplinam, &
 proiecisti sermones meos post
 te. Sermones etenim Dei
 post se prædicator proiicit,
 eūm hoc, quod dicit, facere
 contemnit. Quando autem di-
 ctis eius alter obediat, dū ipse
 respuit opere, quod prædicat
 voce, & dissimulat audire,
 quod narrat? Illa quippe vox
 cor audientis penetrat, quā
 hoc, quod sonuerat, opere cō-
 seruat.

FLORES

*Prædicatoribus diuini verbi
necessaria tribuenda.*

Li. 19. Mo. 10. no. Quoties prædicantibus necessaria ab audientibus conferuntur, non solent de rerum munere, sed conferētium gaudere mercede. Vnde per Paulum dicitur: Non quæro datū, sed requiro fructum. Datum quippe est res ipsa quæ impenditur: fructus verò dati est, si benigne mente futuræ mercedis studio aliquid impendatur. Ergo datū in re accipimus, fructum in corde.

Li. 22. Mo. 14. no. Ille ad doctrinam Dei veraciter ascendit, qui ad obtinendā hanc, gradibus sanctæ operationis eruperit.

*Arrogantes humiliter ne
sciunt inferre quod
docent.*

D. GREGORII.

Hoc habet proprium doctrina arrogantium, ut humiliter nesciant inferre quod docent, & recta quæ sapiunt, rectè ministrare non possint. At contra iusti humilitatem, quæ magistra est omnium, materque virtutum, & loquendo dicere, & viuendo conantur ostendere: ut eam apud discipulos veritatis, plùs moribus, quàm sermonibus eloquantur. Vnde Paulus Thessalonicensibus loquens, quasi culminis proprii Apostolatus oblitus, ait: facti sumus paruuli in medio vestrum.

Li. 23. Mor.
cap. 12. vet.
7. no.

1. Theff. 2.

*Pro qualitate audientium
formari debet sermo do-
ctorum.*

Sanctus prædicator in auditoribus suis, priùs qualitatem

Li. 30. Mo.
cap. 5. & 6.
vet. 4. no.

FLORES

vitaē considerat, & tunc demū
ad erudiendum congruam vo-
cem prædicationis format.

Nō enim vna eadēque cun-
ctis exhortatio conuenit, quia
nec cunctos par morum qua-
litas astringit. Nec cuncta
tēpora doctrinæ sunt congrua.
Nam plerunque dictorum vir-
tus perditur, si intempestiuē
proferantur. Ille ergo scit re-
ctē docere, qui & ordinatē no-
uit tacere. Quid enim prodest
eo tempore irascentem cor-
ripere, quo alienata mente nō
solū aliena verba percipere, sed
semetipsum vix valet tolerare?
Furētem quippe qui per inue-
stigationem corripit, quasi ei, qui
non sentiat, plagas ebrio impo-
nit.

Vita

D. GREGORII.

*Vita concordet ac respon-
deat doctrina.*

Sancti viri cum se ad prædi-
candum parant, prius se inte-
rius virtutibus innouant, vt ad
hoc quod loquendo, docent,
vivendo concordant.

Ibid. cap.
21. vet. 10.
nou.

*Vita & facundia prædi-
catoribus necessaria.*

In prædicatore nisi & vita &
sermo conuenerint, nequaquã
virtus perfectionis apparebit.
Non enim multũ prodest, si
sublimis vitę operatione sufful-
tus sit, si tamen loquendo non
valet ad hoc alios excitare, qđ
sentit.

Li. 31. Mo.
ral. cap. 19.
vet. 11. no.

*Ne venire imperiũ ad Ma-
gisterium audeant.*

Ab imperitis pastoribus ma-
gisteriũ pastorale suscipitur in
magna temeritate: quoniã ars

Li. 1. Pa-
cur. ca. 1.

M

FLORES

est artium, regimen animarum.
Sunt plerique mihi imperitia
similes, qui dum metiri se nesciunt, quæ non didicerunt, docere concupiscunt: qui pòdus magisterij tantò leuiùs estimant quantò vim magnitudinis illius ignorant.

Prædicator qui non diligitur, non libenter auditur.

Li. 2. Past. Difficile est, ut quamlibet recuræ. ca. 8. Et denuntians prædicator, qui non diligitur, libenter audiat. Debet ergò, qui præest, & studere se diligi, quatenus possit audiri: & tamè amorem suum pro seipso non quærere, ne inueniatur ei, cui seruire per officium cernitur, occulta cogitationis tyrannide resulrare. Quod bene Paulus insinuat,

D. GREGORII.

cum sui nobis studij occulta 1. Cor. 10.
manifestat, dicens: Sicut &
ego per omnia placeo omni-
bus. Qui tamen rursus dicit:
Ego si adhuc hominib⁹ place-
rem, Christi seruus non essem.
Placet ergo Paulus & non pla-
cet: quia in eo, quod placere
appetit, nō se, sed per se homi-
nibus placere veritatē quærit.

Prædicatio operibus

confirmanda.

Prædicatores verbi Dei prius *Li. 3. Pastor.*
punire propria fletibus curent, *cura, adm.*
& tunc, quæ aliorum puniendæ *41.*
sunt denuntient: & antequam
verba exhortationis insonent,
omne, quod locuturi sunt, ope-
ribus clament.

Quicumque aliis prædicant, *In. expos.*
necesse est, si multis proficere *Cant. cant.*
velit, ut in omni opere suo car-

M. ij

FLORES

nalem vitam mortificare contendant.

*Malè docens, ministerium
exercet cacoda-
monum.*

Lib. 1. sup.
Ezec. Ho.
2.

Hi qui alios ad iniquitatem suadendo pertrahunt, in semetipsis ministerium dæmonū ad iniquitatem suscipiunt.

Ibid. Ho.

3.

Non facile prædicatio rectoris accipitur, si levis in morib⁹ esse videatur. Et nulla erit maturitatis ostensio, si contra aduersa omnia non adfuerit operis fortitudo. Virtutis autem meritum ipsa fortitudo operis amittit, si discretio in intellectu non fuerit.

Prædicator in altitudine viæ debet consistere, id est, in valle infirmi operis non iacere.

Sicut turris in monte idcirco

D. GREGORII.

ad speculandum ponitur, vt ^{Ho. II. sup.} hostes, qui veniunt, longius vi ^{Ezech. lib.} deantur: sic prædicatoris vita ^{I.} semper in alto debet fixa permanere, vt more narium discernat fœtores vitiorum, odoresque virtutum. Incursum malignorum spirituum longè proficiat, & commissas sibi animas per suam prouidentiam cautas reddat.

*Pralatus non sit crudelis
in subditos.*

Qui locum prædicationis suscipit, mala inferre non debet, ^{Ho. 17. sup.} sed tolerare: vt ex ipsa sua man ^{Euang.} suetudine iram sæuientium mitiget, & peccatorum vulnera in aliis ipse afflictionibus vulneratus sanet.

*Pastor subditorum malefacta ne
vereatur redarguere.*

M iij

FLORES

Lib. i. epist. Sæp̃ rectores improvidi hu-
 -cap. 24. manam amittere gratiam for-
 midātes, loqui recta liberè per-
 timeſcunt. Hinc namque eos
 Dominus per prophetam in-
 crepat, dicens: Non ascendistis
 ex aduerſo, neque oppoſuiſtis
 murum pro domo Iſrael, vt
 ſtaretis in prælio in die Domi-
 ni. Sed cum increpare delin-
 quentes noluerit, eos procul-
 dubio tacendo paſtor occidit.

Lib. epist. Si gregi paſtoris cura deſue-
 1. cap. 79. rit, facile laqueos inſidiatoris
 incurrit.

*Secundum merit a plebium
 diſponuntur cor-
 da regentium.*

Lib. epist. Ita ſibi regentium merita
 6. cap. 7. connectuntur & plebium, vt
 ſæpe ex culpa præcedentium
 deterior fiat vita ſubiectorum:

D. GREGORII.

& sæpe ex merito plebiū delin-
quat vita pastorū. Quia enim
mala actio præidentis valde
noceat subditis, testantur Pha-
risæi, de quibus scriptum est:
Clauditis enim regnum cælo-
rum ante homines. Vos enim
non intratis, nec introeuntes
sinitis introire. Et quia cy'pa
plebium multum noceat vita
pastorum, in David facto co-
gnoscamus. Ille enim, Deo at-
testante, laudatus: ille super-
norum mysteriorum cōscius, & 24.
tumore repentinæ elationis in-
flatus, populum numerando
peccauit: & tamen vindictam
populus, David peccante, su-
scepit. Cur hoc? quia videlicet
secundum meritum plebium,
disponuntur corda regērium.
Iustus verò iudex peccantis

M iij

vitium ex ipsorum animad-
uersione corripuit, ex quorum
causa peccauit.

DE DOLORE.

Caput XLVI.

Li.1. Mor.
cap.4.

AD maiorem dolorem me-
tem commouent damna
maiora. Nunquam quippe si-
ne dolore amittitur, nisi quod
sine amore possidetur.

Dolentibus est condolendum.

Li.3. Mor.
cap.8. vet.
10. no.

Dolentem non potest con-
solari, qui non concordat do-
lori: quia eo ipso, quo à mœren-
tis afflictione discrepat, minùs
ab illo recipitur, à quo mentis
qualitate separatur.

*Iusti etsi vulneribus sui conterun-
tur corporis, in aliis tamen non
desistunt mederi vulne-
ra cordis.*

D. GREGORI.

Habent hoc iusti proprium, Ibid. cap.
16. vet. 12.
nq.
vt in dolore positi tribulationis suæ curam non deferant vtilitatis alienæ: & cū de se aduersa patientes dolent, aliis necessaria docentes, præuidēt, & quasi percussi quidam magni medici ægrotant. Ipsi tolerant scissuras vulneris, & aliis proferunt medicamenta sanitatis.

Dolor immodicus insensibilem efficit.

Sicut moderata afflictio lachrymas exprimit, ita immoderata subducit: quia moeror ipse quasi sine moerore fit, qui afflicti mentem deuorans, sensum doloris tollit. Lib. 9. Moral. 44. vet. 37. nq.

Tantò quisque perfectus est, Li. 19. Moral. cap. 9. vet. 8. nq.
quantò perfectè sentit dolores alienos.

FLORES
DE ECCLESIA.

Caput XLVII.

*Christus cum sua Ecclesia est
vna persona.*

In expla. 5.
Psal. poen.

Christus cum tota sua Ecclesia, siue quæ adhuc versatur in terris, siue quæ cum eo iam regnat in cælis, vna persona est. Et sicut est vna anima, quæ diuersa corporis membra viuificat: ita totam simul Ecclesiam vnus Spiritus sanctus vegetat, & illustrat. Sicut namque Christus, qui est caput Ecclesiæ, de Spiritu sancto conceptus est: sic sancta Ecclesia, quæ corpus eius est, eodem Spiritu sancto repletur, vt viuat: eius virtute firmatur, vt in vnus fidei & charitatis cõpãge subsistat. Vnde dicit Apostolus: Ex quo totũ corpus per

D. GREGORII.

nexus & coniunctiones sub-
ministratum, & constructum
crescit in augmentum Dei.

Istud est corpus extra quod
non viuificat Spiritus. Vnde
dicit Augustinus: Si vis viuere
de Spiritu Christi, esto in cor-
pore Christi. De hoc Spiritu
non viuit hæreticus, non viuit
schismaticus, non viuit excō-
municatus: non enim sunt de
corpore. Ecclesia autem Spi-
ritum viuificantem habet, quia
capiti suo Christo inseparabi-
liter adhæret. Scriptum est e-
nim: Qui adhæret Domino, v-
nus Spiritus est cum eo.

1. Corin. 6.

Confusio ordinis ecclesiastici.

Ecclesiastici vigoris ordo cō
funditur, si aut temerè illicita
præsumantur, aut impunè non
concessa tententur.

Lib. 9. epi.
cap. 38.

FLORES
DE ELEEMOSYNA.
Cap. XLVIII.

*Deus non pensat datum, sed
affectum.*

Li. 22. Mor
cap. 12. vet.
8. no.

MVndari debet prius ani-
mus, qui eleemosynam
præbet, quia omne quod da-
tur Deo, ex dantis mente pen-
satur.

*Terra alimenta omnibus com-
muniter profert.*

Lib. 3. past.
curæ. adm.
22. Et.
Hom. 40.
su. Epang.

Terra de qua sumpti sumus,
cunctis hominibus commu-
nis est, & idcirco alimēta quo-
que omnibus cōmuniter pro-
fert. Incassum ergò se innocen-
tes putant, qui commune Dei
munus sibi prluatum vendicāt:
qui cū accepta nō tribuunt,
in proximorum nece grassan-
tur: quia tot penè quotidie
perimunt, quot morientium

D. GREGORII.

pauperum apud se subsidia abscondunt. Neque enim diues in Euangelio, qui induebatur purpura & bysso, q̄ epulabatur quotidie splendide, aliena rapuisse, sed infructuosè propriis vsus fuisse perhibetur: eumque post hanc vitam vltix gehenna suscepit, non quia aliquid illicitum gessit, sed quia immoderato vsu totum se licitis tradidit.

Lucæ 16.

Quicquid datur pauperi, si subtili cōsideratione pensetur, non est donum, sed mutuum: quia quod tribuitur, multiplicato sine dubio fructu recipitur.

Lib. 8. Epi.
cap 20.

DE ELATIONE.

Caput XLIX.

Valde elata mēs retūditur, si ipsi, super quem se exal-

In præst.
lib. 1. Iob.
cap. 9.

Lib. 2. Mo.
cap. 32. vet.
25. no.

tauit, supponatur.

Plerunq; dum fœcundè virtutum fructus reddimus, dum continua prosperitate pollem⁹, aliquātulum mens erigitur, vt à semetipsa sibi existere bona, quæ habet, arbitretur. Quæ nimirū bona antiquus hostis malitiosè attrectare appetit, sed hæc tentari Deus nō nisi benignè permittit: vt dum mens tentatione pulsata, in bonis, de quibus gaudebat, concutitur: imbecillitatis suę debilitate cognita, in spe diuini adiutorij robustius solideretur, fitque mira dispēsatione pietatis, vt vnde malignus hostis cor tentat, vt interimat, inde misericors conditor hoc erudiat, vt viuat. *Præclara agere, & inde non intumesce, plurimum est difficile.*

D. GREGORII.

Difficile est quempiam magna Ibi.ca. 39.
agere, & apud semetipsum de vet. 27. no.
magnis actibus cogitationum
fiduciam non habere. Eo ipso
enim, quo contra vitia fortiter
viuitur, cogitationum præsum-
ptio in corde generatur: &
cùm mens foris culpam suam
valenter conterit, plerùmque ad
semetipsam latenter intumes-
cit: iamque sese magni alicuius
meriti æstimat, nec se peccare
in cogitatione suæ æstimatio-
nis putat. Ante districti autem
iudicis oculos tãtò deterius de-
linquitur, quantò culpa occul-
tiùs perpetratur: & tãtò ad vo-
randum latiùs patet fouea, quã-
tò de semetipsa elatius gloria-
tur vita.

Seculares mentes quantò se
foris per desideria dilatant, tã-
Lib. 5 Mo.
ca. 20. vet.
19. no.

FLORES

to ad receptionem Spiritus sancti
et sinum cordis angustant.

Li. 15. Mo. Quos substantia eleuat, in
ca. 18. vet. suæ fastu potētiae dierum lon-
23. no. gitudino confortat.

Li. 16. Mo. Quālibet sit iustitia operis,
cap. 11. vet. apud internum iudicem nulla
10. no. est, si hanc eleuat tumor mētis.

*Humilis ignorantia Deo magis
placet, quam elata
scientia.*

Li. 17. Mo. Tolerabilius Deo est, ut in
cap. 6. vet. infirmitate quis atque ignorā-
7. no. tia cū humilitate iaceat, quam
cum elatione alta comprehen-
dat.

*De vitiorum dominio non incipit
gloriandum.*

Li. 19. Mo. Quasi sub hoste, quem pro-
cap. 17. vet. sternit, moritur, qui de culpa,
13. no. quā superat, superbè eleuatur.
Pensandum ergo magnopere
est,

D. GREGORII.

est, quia bona prodesse nequeunt, si mala, quæ subrepunt, non cauètur. Perit omne quod agitur, si non sollicitè in humilitate custoditur.

Elatio mentem grauat.

Quisquis supra se extollitur, Li. 24. Mo.
ipso elationis suæ pondere gra- cap. 4. ver.
uatur: & eò se in infimis mer- no. 3.
git, quò in superbix vitiù pro-
uehens, ab eo, qui verè excel-
sus est, elongauit: atque inde
magis ima appetit, vnde se cò-
iunctum summis æstimauit:
sicuti per Prophetā extollenti
se animæ dicit: Quo pulchrior Ezec. 32.
es descende, & dormi cum in-
circuncisis. Omnis enim qui
fœditatem infirmitatis suæ cò-
siderare negligit, sed per elatio-
nis fastum virtutis suæ gloriā
attendit, vnde pulchrior est,

N

FLORES

inde descendit: quia extollendo se de suis meritis, inde in ima deterius corruit, unde gloriosum se esse iudicauit. Qui descendens cum incircuncisis dormit, quia in æterna morte cum cæteris peccatoribus deficit.

Elatio deprimi.

Li. 26. Mo. Omnis, qui temporaliter ex-
ca. 34. vet. tollitur, eo ipso, quo extollitur,
27. no. inclinatur: quia cum se exterius
erigit, intus cadit.

DE EPISCOPIS.

Caput L.

*Episcopus vel prelatus donorum
causa non sunt eligendi.*

Li. epist. 3.
ca. 22.

Illud præ omnibus curæ sit,
ut in electione, nec datio qui-
busque modis interueniat præ-
miorum: nec quâ tumlibet per-

D. GREGORII.

sonarum patrocinia conualescant. Nam si quorundam patrocinio fuerit quisquam electus, voluntatibus eorum cum fuerit ordinatus obedire, reuerentia exigente cōpellitur: sicq; fit vt & res illius minuantur Ecclesiæ, & ordo Ecclesiasticus non seruetur.

Episcopo ordinādo pontifex manum imponit. Euangelij verò lectionem minister legit, confirmationis verò huius epistolam notarius scribit: sicut pontificem manum non decet, quam imponit, vëdere, ita minister, vel notarius non debet in ordinatione eius, vocē suam vel calamum venundare.

In decretis
Greg. pape

DE FIDE.

Caput. L I.

N ij

*Fides sine operibus bonis**non saluat.*Li. 4. Mor.
cap. 14.

HI qui fidem sine operibus
retinent, cū pro eadem
fide in extremo iudicio saluari
se posse cōfidunt, spes eorum
frustrabitur: quia hanc malè vi-
uendo demoliti sunt, quam cō-
fitendo tenuerunt: vel hi qui
per humanā laude in bona actio-
ne se exhibent, in cassum à ve-
niente iudice retributionē bo-
norum operum sperant: quia
dum hæc in ostentationem faci-
ciunt laudis, iam præmium ab
humano ore receperunt, veri-
tate attestante, quæ ait: Amen
dico vobis receperunt merces
dem suam.

Matth. 6.

In expos.
sup. Can.
Canti.

Sācti viri dictis & factis Deū
confitentur: quia quod credūt,
faciunt, & bona, quæ faciunt, e-

D. GREGORII.

tiam alios sermonib⁹ & exem-
plis trahunt. Quorum virtuti-
bus, aduersarij ad fidem exci-
tantur, dum in eis & puritatem
fidei, & constantiam operis ad-
mirantur.

*Fides quando non habeat
meritum.*

Diuina operatio si ratione ^{Hom. 26.}
cōprehenditur, non est admi- ^{sup. Euan.}
rabilis. Nec fides habet meritū,
cui humana ratio præbet expe-
rimentum.

*Sancti Thomæ incredulitas fidem
nostram solidauit.*

Plus nobis Thomæ infide- ^{Ibid.}
litas ad fidem, quàm fides cre-
dētium discipulorum profuit:
quia dum ille ad fidem palpan-
do reducitur, nostra mens om-
ni dubitatione postposita, in
fide solidatur. Sic quippe disci-

FLORES

pulum Dominus post resurrectionem suam dubitare permittit, sicut ante Natiuitatem suam habere Mariam sponsum voluit, qui tamen ad eius nuptias non peruenit. Nā ita factus est discipulus dubitans, & palrans testis veræ resurrectionis: sicut sponsus matris fuerat custos integerrimæ virginitatis.

Fide carens iustus esse non potest.

In expl. 4.
Psa. pccni.
Genes. 15.

Iustitia Dei fides est, sicut scriptum est: Credidit Abraham Deo, & reputatū est illi ad iustitiā, quia iustus ex fide vivit. Si ergo iusti vita fides est, consequens est, eandem fidem esse iustitiam, sine qua quisque esse iustus non potest.

Non sicut ad fidem conuersi blandimentis sunt fouendi.

D. GREGORII.

Qui sincera intentione ex Lib. Epist.
traneos à Christiana religione II. cap. 15.
ad fidem cupiunt rectam per-
ducere, blandimentis non as-
peritatibus debent studere: ne
quos reddita ad planum ratio
poterat reuocare, pellat procul
aduersitas. Nam quicunque a-
liter agunt, & eos sub hoc ve-
lamine à consueta ritus sui vo-
lunt cultura suspendere, suas il-
li magis quàm Dei causas pro-
bantur attendere.

DE FORTITV-
dine. Caput LII.

Fortitudo consilio roboratur.

VAlde fortitudo destituitur Li. 1. Mor.
nisi per cōsiliū fulciatur: cap. 32. vers.
quia quò plus se posse conspi- 16. no.
cit, eò virtus sine rationis mo-
deramine deterius in præ-

N iij

ceps ruit.

Animus virtute fortitudinis decoratus, alienis malis non frangitur.

Li. 5. Mor.
cap. 13.

Tantò quisque se ad fortitudinē profecisse veriùs demonstrat, quantò aliena mala robustius tolerat. Nam minùs in se conualuit quem aliena iniquitas sternit. Ille autē verè fortis ac perfectus est, qui erga imperfectionē proximi impatiēs non est. Nam qui alienam imperfectionem ferre nō valens, patientiam deserit, ipse sibi testis est, quod perfectè notandū proficit. Hinc in Euāgelio veritas dicit: In patientia vestra possidebitis animas vestras.

Luc. 21.

Quid est enim animas possidere, nisi perfectè in omnibus vivere, cunctis mentis motibus

D. GREGORII.
ex virtutis arce dominari?

*Fortitudo iustorum & repro-
borum dissimilis.*

Sciendum, quod alia iustorū
atque alia est fortitudo malo-
rum. Iustorum quippe fortitu-
do est carnē vincere, propriis
voluntaribus contrariam, dele-
ctationem vitæ præsentis ex-
tinguere, huius mundi aspera
pro æternis præmiis amare, p-
speritatis blandimenta cōtem-
nere, aduersitatis metū in cor-
de superare. Reproborum ve-
rò fortitudo, est transitoria sine
cessatione diligere, contra fla-
gella conditoris insensibiliter
perdurare, ab amore rerū tem-
poraliū, nec aduersitate quies-
cere, ad inanem gloriam etiam
cum vitæ detrimēto perueni-
re, malitiæ augmenta exquirere

Li:7 Mor.
cap.9. vet.
8.no.

FLORES.

bonorum vitā non solum ver-
bis ac moribus, sed etiam gla-
diis impugnare, in semetipsis
spemponere, iniquitatē quo-
tidie sine vlllo desiderij dese-
ctu perpetrare. &c.

DE GRATIA.

Gratia Dei est, quod boni sumus.

Ho. 9. sup.
Ezech.
Philip. 2.

EX omnibus Dei gratia ad
bona opera conari quidē
possumus, sed hęc implere nō
possumus, si ipse non adiuuat
qui iubet. Sic Paulus cū di-
scipulos admoneret dicens:
Cum metu, & tremore vestra
ipsorum salutem operamini:
illico qui in eis hęc ipsa bona
operaretur, adiunxit, dicens:
Deus est enim qui operatur in
vobis & velle & perficere pro
bona voluntate. Hinc est quod
ipsa veritas discipulis dicit: Si-

D. GREGORII.

nemē nihil potestis facere. Sed
in his considerandum, quia si
bona nostra, sic omnipotentis
Dei dona sunt, ut in eis aliquid
nostrum non sit, cur nos quasi
pro meritis æternam retribu-
tionem quærimus? Si autem ita
nostra sunt, ut dona Dei om-
nipotentis non sint, cur ex eis
omnipotenti Deo gratias agi-
mus? Sed sciendum est, quia
mala nostra solummodo nostra
sunt: bona autē nostra & om-
nipotentis Dei sunt, & nostra:
quia ipse aspirando nos præ-
uenit, ut velimus, qui adiuuan-
do subsequitur, ne inaniter ve-
limus, sed possimus implere
quæ volumus. Præueniente er-
gò gratia, & bona voluntate
subsequente, hoc, quod omni-
potētis Dei donum est, fit me-

ritum nostrū. Quod bene breui
sententia Paulus explicat di-
cens: Plus omnibus illis labo-
raui. Qui ne suæ virtuti vide-
retur tribuisse, quod fecerat,
adiunxit: Non autem ego, sed
gratia Dei mecum. Quia enim
cælesti dono præuentus est,
quasi alienum se à bono suo o-
pere agnouit. Non autem ego.
Sed quia præueniens gratia li-
berum in eo arbitrium fecerat
in bono quòd libero arbitrio
eandem gratiam est subsecutus
in opere, adiunxit: Sed gratia
Dei mecum: ac si diceret: In
bono opere laboraui, non ego,
sed & ego. In hoc enim, quod
solo domini dono præuentus
sum, non ego: In eo autē, quòd
donum voluntate subsecutus
& ego.

D. GREGORII.

*Donis crescentibus rationes
crescunt donorum.*

Cum augētur dona, rationes
etiam crescūt donorum. Tan-
tò ergo esse humilior atque ad-
feruiendum promptior quis-
que debet ex munere, quantò
se obligatiorem esse conspici-
t in reddenda ratione.

Ho. 9. su.
Euang.

*Punitione magna dignus est, qui
sepius Dei gratiam
contempsit.*

Magnam mansuetudinem cō-
temptæ gratiæ, maior, sequi so-
let ira vindictæ.

Hom. 37.
sup. Euāg.

DE GLORIA MVN-
di. Caput LIII.

*Præsentis mundi gloria, licet caduca
sit, tamen non nisi per arduos
tramites adipiscitur.*

FLORES

Li. 6. Mor.
cap. 5. vet.
no. 7.

Grauis labor est, hęc ipsam
præsentis vitæ gloriã qua-
rere, quæ sitam quãdoque per-
cipere, & perceptam cum om-
ni circumspectione custodire.
Grauis labor est, hoc cum ma-
gna fatigatione apprehendere,
quod is, qui apprehendit, no-
uerit diu stare non posse.

*Nemo mundum diligens potest
immobilis stare.*

Li. 8. Mor.
ca. 18. vet.
24. no.
Li. 13. Mo.
ca. 18. vet.
14. no.

Nemo valet mobilia dili-
gere, & ipse immobilis stare.

Multi dum peruersos flore-
re in præsentī vita conspiciūt,
inuidiæ facibus succenduntur.
Tantò enim quisque plus in-
uidet aliis bona præsentia quã-
tò ea ipse minus contempserit.

Nam quod haberi ab omni-
bus nõ valet simul totum, huius
desit, quod alter habuerit.

D. GREGORII.

*Iusti præsentis vitæ gloriam, ve-
luti stercora deputant.*

Gaudia vitæ præsentis, quæ Li. 15. Mo.
iniusti æstimant magna bona, cap. 3.
iusti stercora deputant. Vnde Eccli. 22.
scriptum est: De stecore bou,
lapidatus est piger. Is ergo
qui Deum sequi noluerit, ab a-
more æternæ vitæ pigrescit. Et
quoties rerû temporalium dâ-
no percutitur, ex his nimirum
affligitur, quæ iusti viri velut
stercora contemnunt. Qui er-
gò terrenarum rerum percus-
sione atteritur, quid aliud,
quàm de boum stercore lapi-
datur?

Dum æterna retributio co- Li. 15. Mo.
gitatur, præsens gloria quàm cap. 27.
sit nulla cognoscitur: sed quo-
niam iniquus quisque in hac vi-
ta permittitur prosperari, ne-

FLORES

cesse est, vt electus Dei debeat
sub flagelli freno retineri.

Delectatio seculi impedit

delectationem Dei.

Li. 15. Mo.
cap. 26. ve.
35. no.

Qui in præsentis seculi de-
lectatione gressum cogitatio-
nis figit, hic transire ad æternā
patriā perfectis desiderijs ne-
scit.

Gloria mundi quàm su fluxa.

Li. 17 Mo.
cap. 4. vet.
5. no.

Iniquorum gloria cū ple-
runque in annorum multitudi-
nem tenditur, ab infirmorum
mentibus esse longa, & quasi
stabilis æstimatur. Sed cū re-
pentinus hanc finis intercipit,
breuem procul dubio fuisse re-
darguit: quoniam determinās
innotescit, quia quod præteri-
re potuit, modicum fuit.

DE HAERETICIS.

Caput LV.

Hereti-



D. GREGORII.

Hæreticorum sacrificia per se

Deum non placent.

HÆRETICORUM sacrificia accepta Deo esse nequeunt, nisi pro eis vniuersalis Ecclesiæ manibus offerantur: vt eius meritis remedium salutis inueniant, quam verborum iaculis impugnando feriebant.

Omnis hæreticus in eo, quòd Deum defendere nititur, veritati illius aduersatur, Psalmista attestante, qui ait: Vt destruas inimicum & defensorem. Inimicus quippe & defensor est, qui Deum quem prædicat, moribus impugnat.

Hæreticorum prosperitas

non diuturna.
Hæretici hoc proprium, quòd in eo gradu, in quo de Ecclesia exeunt, diu

In præfat.
lib. 1. Iob.
cap. 13.

Ibi cap. 12.
Psalm. 8.

Lib. 3. Mo.
ca. 19. vet.
14. no.

FLORES

stare non possunt: sed ad deteriora quotidie ruunt, & sentiendo peiora in multis se partibus scindunt: atque à semetipsis plerunque longius cōfusionis suæ altercatione diuiduntur.

Hæretici bona malis miscent.

Lib. 5. Mo.
cap. 11. vet.
30. no.

Habent hoc hæretici proprium, vt malis bona permisceant, quatenus facile sensui audientis illudant. Si enim semper praua dicerent, citius in sua prauitate cogniti, quod vellēt, minimè persuaderent. Rursum si semper recta sentirent, profectò hæretici non essent. Sed dum fallendi arte ad vtraque deseruiunt, & ex malis bona inficiunt, & ex bonis mala, vt recipiantur, abscondunt: sicut qui veneni poculum porrigit, ora poculi dulcedine mellis

D. GREGORII.

tangit: dūmq̃ hoc, quod dulce est, primo attactu delibatur, etiam illud, quod est mortiferum, indubitanter absorbetur: ita hæretici permiscēt recta peruersis, ut ostendendo bona, auditores ad se trahant: & exhibendo mala, latenti eospeste corrumpant.

*Hæretici occulta vel noua semper
proferunt, ut in admirationem
sui simplices con-
uertant.*

Sæpe hæretici dum altiora Lib. 5. Mo.
dicere conantur, ipsi sibi testes ca 19. vet.
sunt, quia quæ proferunt, vera 18. no.
non sunt. Vnde & latenter
prædicant, quatenus eorum
prædicatio tantò sancta, quāto
& occulta videatur. Commu-
nem autem scientiam habere
refugiunt, ne cæteris æquales.

O ij.

FLORES

æstimentur. Occulta vel noua
semper exquirunt, quæ dum
alij nesciunt, apud imperitorū
mentes, ipsi de scientiæ singu-
laritate gloriātur. Sæpe Deum
sibi imaginabiliter fingunt, quē
intueri spiritaliter nequeunt,
eiūsque vocem quasi auræ le-
nis audire se perhibent, quia
ad secreta illius cognoscenda,
quasi esse se cæteris familiario-
res gaudēt. Non enim ea docēt
quæ Deus publicè loquitur,
sed quæ eorum auri quasi la-
tenter aspirantur.

*Hæretici nonnunquam vera
proferunt.*

Ibi.ca.20.
vet.18. no.

Nonnunquam hæretici ve-
ra quædam & sublimia loquū-
tur, non quòd hæc diuinitus
ipsi percipiāt: sed quod ex san-
ctæ Ecclesiæ contentione di-

D. GREGORII.

dicerunt, neque hæc ad profectum conscientię, sed ad scientię ostētationem trahunt. Vnde fit plerunque, vt alta sciendo dicant, sed viuendo, quæ dicunt, nesciant.

Hæretici suis prauis propositionibus victores semp. & appetunt videri.

Hæretici inquisitionibus suis non veritatem conantur assequi, sed victores videri. Cūque se foris ostendi sapientes appetunt, intus per stultitiam elationis suę vinculis ligantur. Vnde fit vt contentionum certamina exquirant: & de Deo, qui pax nostra est, loqui pacificè nesciāt: atque ex pacis negotio rixæ inuētores fiāt. Quibus bene per Paulum dicitur: Si quis autem videtur esse con-

Li. 8. Mor.
cap. 2.

1. Cor. 11.

O iij

FLORÆ

sentiosus, nos talem consuetudinē non habemus, neque Ecclesia Dei.

Hæretici sua praua dogmata veritate fulcire nequaquam possunt.

Li. II. Mo.
cap. 15. vet.
12. no.

Deus mendatio non eget, quia veritas fulciri non quærit auxilio falsitatis. Hæretici autē quia ea, quæ prauè de Deo intelligunt, ex veritate tueri non possunt: quasi ad probandum radium luminis, umbram falsitatis requirunt. Et pro eo dolos loquuntur, dum infirmas mentes in intellectu illius stulta seductione decipiunt.

Omnis hæreticus omnipotenti Deo inimicus & deffensor est.

Ibi. ca. 16.

Fraudem Deo hæretici exhibēt, quia ea astruunt, quæ nequaquam ipsi, pro qua loquū-

B. GREGORII

tur, placent: eumque, dum quasi
si defendere nititur, offendit.
Vnde per Psalmistam dicitur:
Vt destruas inimicum & de-
fensorem. Omnis quippe here-
ticus, omnipotenti Deo inimi-
cus & defensor est: quia vnde
hunc quasi defendere niti-
tur, inde veritati illius aduer-
satur.

Psalm. 84

*Hæretici sæpe mysteriis Dei
contradicunt.*

Sæpe hæretici, dum quasi ve-
nerantur Deum, eius mysteriis
contradicunt: & humilitatem
putant, si veritatem denegant.
Sunt namque nonnulli, qui Deo
se iniuriam irrogare existimant,
si eum veram carnem assumpsis-
se fateantur: aut si hunc veraci-
ter pro nobis carne moti potu-
isse crediderint. Cumque Deo

Li. 12. Mo.
cap. 14 vet.
15. nou.

O iij

quasi plus honoris conatur tribuere, coguntur laudes veras bonitatis illius negare. Sancta autem Ecclesia veram carnem, veram mortē illius confitetur: sed hæc dicens, ab hæreticis irrogare Deo contumeliam creditur.

Hæretici S. patrum traditionem

se imitari mentiuntur.

Ibid. ca. 15.

1. Ioan. 2.

Quia omnes hæretici à sancta vniuersali Ecclesia sunt egressi, testatur Ioannes, qui ait: Ex nobis prodierunt, sed non erāt ex nobis. Verum vt ea, quæ asserunt, cōmendare stultis mētibus hominum, quasi de antiquitate possint, antiquos patres se habere testantur, atque ipsos doctores Ecclesiæ, suę professionis magistros dicunt: cūmq; præsentes prædicatores despi-

D. GREGORII.

ciunt, de antiquorum patrum
magisterio falsa præsumptione
gloriatur: vt ea quæ ipsi dicunt,
etiam antiquos patres tenuisse
fateantur: quatenus hoc, quod
rectitudine astruere non valent
quasi ex illorum autoritate cõ-
firment. Quia verò scriptum Heb. 2.
est: Quem diligit Dominus, ca-
stigmat, flagellat autem omnem
filium, quem recipit: sæpe san-
cta Ecclesia multis in hac vita
aduersitatibus laborat: & re-
proborum vita tantò sine fla-
gello dimittitur, quãtò ad nul-
la præmia seruator. Sed affli-
ctiones sanctæ Ecclesiæ vidē-
tes hæretici, eam despiciunt, &
tot illam flagellis atteri ex præ-
uæ professionis merito suspi-
cantur.

FLORES

Ecclesia prædicationem hæretici æstimant furoris insaniam.

Li. 14. Mo.
cap. 2.

Hæretici vel zelum rectitudinis, vel spiritalem gratiam sanctæ prædicationis, non virtutis pōdus, sed insaniam æstimāt furoris. Quo furore videlicet perire fidelium animas arbitrat̃ur, quia inde interire Ecclesiæ vitam credunt, vnde eā cōtra se inferuere cōspiciunt. *Nemo extra Ecclesiam Dei existens saluatur.*

Ibidem.
cap. 6.

Sancta vniuersalis Ecclesia prædicat, saluari veraciter, nisi intra se nō posse, asserēs, quod omnes, qui extra ipsam sunt, minimē saluabuntur. At contra hæretici, qui etiam extra ipsam saluari se posse confidunt, in quolibet loco sibi diuinum adiutorium adesse profitetur.

D. GREGORII.

Vnde dicunt: Nunquid propter te derelinquetur terra? id est, ut quisquis extra te fuerit, minimè saluetur. Iob. 18.

Hæretici simplicitatem recte credentium derident.

Habent hæretici hoc proprium, ut de inani scientiæ suæ arrogantia inflentur, & rectè credentium simplicitatem sæpe derideant, & nullius esse meriti vitam humilium ducant. Ibid. ca. 13.
vet. 13. nō.

Hæretici veritatis soliditatem non tenent.

Hæretici quò veritatis soliditatem non tenent, eo nunquam student, ut loquaciores appareant, & contra catholicorum fidem, quasi de doctrinæ scientia gloriantur. Cūctos, quos aspiciunt, prauis ad se trahere sermonibus quærūt: Li. 16. Moral. cap. 3.

FLORES

& vnde sibi alios ad interitum
sociant, inde se agere aliquid
viuaciter putant.

*Hæretici indoctos à velamine fi-
dei, prædicatione pestife-
ra denudant.*

Ibid. cap.

24.23. nou.

Quasi quidam intra sanctam
Ecclesiam senatores sunt, viri
doctiores, qui cum scientiam
in corde multiplicant, veris a-
pud se diuitiis abundât. Sed hæ-
retici vulgum pauperem spo-
liant, quia dum doctis nõ præ-
ualent, indoctos quosque à ve-
lamine fidei, prædicatione pe-
stifera denudant.

*Hæretici suis prauis dogmatibus
innocentes interimunt.*

Ibi. cap. 27.

vet. 25. no.

Praus quisque & hæreticus
in hoc mûdo dignitatem tran-
sitorix potestatis arripiens, tan-
tò se acriùs ad peragenda mala

D. GREGORII.

dilatat, quantò per charitatis viscera nullum amat. Quoties enim cogitationibus cōtra bonos sæuit, toties innocentium vitam interimit.

*Libri sacri sunt quasi venæ
argenti.*

Hæretici sic de eloquij sui nitore superbiunt, vt nulla sacrorum librorum authoritate solidentur: qui libri ad loquendum nobis quasi quædam argenti venę sunt: quia de ipsis locutionis nostrę originem trahimus: eos ad sacrę authoritatis paginas vocat, vt si verè loqui desideret, inde sumere debeant, quod loquantur. Sed quia laudari hæretici tanquam de excellenti ingenio cupiunt, quasi noua quædam proferunt, quæ in antiquorum patrum libris veteribus non

Li. 18. Mo.
cap. 14.

FLORES

tenentur: sicq; fit, vt dum videri sapientes desiderant, miseri suis auditoribus stultitiæ semina spargant.

Hæretici effutunt omnibus, post mortem etiam esse confessionem, & saluationem.

Lib. epi. 6.
cap. 15.

Psal. 6.
Rom. 2.

Sunt hæretici qui dicunt Dominum, in infernum descendisse, & omnibus post mortem etiam ibidē se nuntiasse, vt confitentes ibidē saluarentur: cū hoc sit contrarium dicēti prophetæ David: In inferno autē quis confitebitur tibi? Et apostolus: Quotquot sine lege peccauerūt, sine lege peribunt. Ergo descendens ad inferos Dominus, illos solūmodò ab inferni claustris eripuit, quos viuentes in carne per suam gratiā in fide & bona operatione ser-

D. GREGORII.

uauit. Quod enim per Euange Ioan. 12.
lium dicit: Cùm exaltatus fue-
ro à terra, omnia trahã ad me-
ipsum. Omnia uidelicet electa.
Nam trahi ad Deum post mor-
tem non potuit, qui se à Deo
malè viuendo separauit.

DE HOMINE.

Cap. LVI.

Homo tribus dicitur modis.

Scriptura sacra tribus modis
hominem appellat, scilicet
aliquãdo per naturã, aliquando
per culpã, aliquando per infirmi-
tatẽ. Homo quippe per naturã
dicitur, sicut scriptũ est: faciam⁹
hominem ad imaginẽ & simili-
tudinẽ nostram: Homo per
culpam, sicut scriptũ est: Ego
dixi, dijestis, & filij excelsi o-
mnes, vos autem sicut homi-

Li. 14. Mo.

cap. 17. vet.

15. no.

Gene. 1.

Psal. 81.

FLORES

Hier. 17.

nes moriemini, ac si apertè dicat: Sicut delinquentes obibitis. Homo per infirmitatē dicitur, vt scriptū est: Maledictus homo, qui spem suam ponit in homine, id est, in infirmitate.

Homo etiam mente carnalis.

Lib. 5. Mo.
cap. 24 vet.
25. no.

Homo si præceptum seruare voluisset, etiam carne spiritalis futurus erat: peccando factus est etiam mente carnalis, vt sola cogitet, quæ ad animū per imagines corporum trahit.

Homo ante lapsum qualiter conditus.

Lib. 8. Mo.
cap. 9. vet.
6. no.

Ad hoc homo conditus fuerat, vt stante mente in arcem se contemplationis erigeret, & nulla hunc corruptio à conditoris sui amore declinaret. Sed in eo, quòd ab ingenerata stadi soliditate voluntatis pedem ad

D. GREGORII.

ad culpam mouit, à dilectione
conditoris in semetipso protin-
us cecidit. Quia enim fixa
mens stare cùm potuit, noluit:
stare iam non valet, etiam cùm
vult.

Homo scæno comparatur.

Omnis caro scenum, & O- In expla. 5.
mnis gloria eius quasi flos agri. Psal. pœn.
Homo namque scæno compa-
rabilis est, quia per natiuitatem
viuit in carne, per iuuentutem
candescit in flore, per mortem
aret in puluere.

DE HONORE.

Cap. LVII.

*Honor mundi graui non verè
subleuat.*

PLus in hoc mundo honor, Lib. 5. Mo.
quàm despectio occupati: cap. 1.
& magis prosperitatis sublimi-

P

FLORES

tas, quā necessitatis aduersitas
grauat. Per hanc namque non-
nunquam cū homo exterius
premitur, ad concupiscenda,
quæ intus sunt, liberius relaxa-
tur. Per illam verò animus dū
multis parere cogitur, à de-
siderij sui cursu retinetur.

Li. 3^{te}. Mo. Omne quod hic eminet, plus
cap. 19. vet. mœroribus afficitur, quàm ho-
17. no. noribus gaudet.

Lib. 1. Paft. Nequaquam valet in culmine
curæ, cap. humilitatē discere, qui in imis
9. positus, non desinit superbire.
Nescit laudē cū suppetit su-
gere, qui ad hanc didicit, cū
deesset, anhelare.

Qualis quisque apud se lateat,
contumelia illata probat.
Lib. Dial. Nam sicut superbi honori-
1. cap. 5. bus, sic plerunq̃e humiles
sua despectione gratulantur.

D. GREGORII.

Ordinatè ad honores, & ordi- Lib. Epist.
nes accedendum est. Nam 7. cap. 110.
casum appetit, qui ad summa
loci fastigia, postpositis gradi-
bus, per abrupta ascensum quæ-
rit.

Ibid. cap.

Cùm honoris augmēto cura
quoque sollicitudinis debet ac-
crescere.

Lib. 2. Mo.

Dum mali præpositi suum
contra veritatē honorem exi-
gunt, ab omni rectitudine cor-
da sequentium subvertunt.

ca. 26. vet.

20. no.

DE HUMILITATE

Caput LVIII.

Lib. 8. Mo.

Q Visquis nunc sese sponte
non humiliat, nequaquā
hunc sequens gloria exaltat.

cap. 35. vet.

29. no.

Sicut virt⁹ humilitatis omne
vitium eneruat, sic arrogantia no-
roborat.

Ibid. cap.

36. vet. 30.

FLORES.

*Humilis doctrina superbis
est onerosa.*

Lib. 15.
cap. 14.

Superbis mentibus pondus
graue est oneris, doctrina hu-
militatis.

*Humilis ignorantia Deo magis
placet, quàm elata scientia.*

Li. 17. Mo.
cap. 6. vet.
7. no.

Tolerabilius Deo est, vt in
infirmirate quis atque ignoran-
tia cum humilitate jaceat, quàm
cum elatione astra comprehē-
dat.

*Humilitas præciosa est in
conspectu Dei.*

Li. 18. Mo.
ca. 22. vet.
29. no.

Tantò vnaqueque anima fit
præciosior ante oculos Dei,
quantò pro amore veritatis
despectior fuerit ante oculos
suos. Hic ad Saul dicitur: Non-
ne cùm paruulus esses in oculis
tuis, caput te constitui in tri-
butus Israel ac si aperte dice-

D. GREGORII.

ret: Magnus mihi fuisti, quia
despectus tibi: sed nūc quia ma-
gnus tibi es, factus es despectus
mihi. Vnde & per Prophe-
tam dicitur: Væ qui sapientes
estis in oculis vestris, & coram
vobismetipsis prudentes. Tan-
tò ergo fit quisque vilior Deo, *Isa. 55.*
quantò pretiosior sibi: tantò
pretiosior Deo, quāto propter
eum vilior sibi: quia humilia re-
spicit, & alta à longè cogno-
scit.

Perit omne, quod agitur, si *Li. 19. Mo.
cap. 17. vet.
13. no.*
non sollicitè in humilitate cu-
stoditur.

Indicium veræ humilitatis.

Hæc sunt veræ humilitatis in *Li. 22. Mo.
cap. 13. vet.
9. no.*
dicia, & iniquitatem suam quā-
que cognoscere, & cognitam
voce confessionis aperire. At.
contra, vñitatum humani gene-

P iij

FLORES

ris vitiū est, & latando peccatū
committere, & commissum ne-
gando abscondere, & conui-
ctum defendēdo multiplicare.

Vera humilis quis.

Ille est verè humilis in bonis,
qui non est defensor in malis.
Nā qui de malis suis arguitur,
& contra verba arguentis accē-
ditur, quando de bonis suis
quasi humiliter titubat, per hu-
militatis vocem ornari appe-
tit, non doceri.

Li. 26. Mo.
cap. 1.

In expof.
fup. Can.
Pfal. 137.

Ma. 66.

Deus illis respectū suę mi-
serationis tribuit, quos in humi-
litate persistere cognoscit. De
quo per Psalmistā dicit: Excel-
sus Domin⁹, & humilia respicit,
& alta à lōge cognoscit: Et ipse
Dominus per semetipsum ex
voce pphetæ dicit: Super quē
requiescet spiritus me⁹, nisi su-

D. GREGORII.

per humilem, & quietum, &
tremementem sermones meos?

*Opera bona sine humilitate parum
sunt perspicua.*

Cum bona agimus, semper ^{Hom. 7.}
ad memoriam malè acta reuo- ^{sup. Enig.}
cemus: vt dum cautè culpa cò-
spicitur, nunquam de bono o-
pere incautè animus lætetur.
Hinc contra superbiètem Saul
dicitur: Cum esses paruulus in ^{1. Reg. 16.}
oculis tuis, caput in tribubus
Israel factus es: ac si apertè di-
ceretur: Cum tu te paruulum
conspiceres, ego te præ cæte-
ris magnum feci: quia verò tu
te magnum còspicis, à me par-
uus existimaris. Quare quæli-
bet, quanuis bona adsunt ope-
ra, nullà sunt, nisi ex humilita-
te condiantur. Miranda quip-
pe actio cum elatione, nò ele-

P. iiii

FLORES

uat, sed grauat. Qui enim sine humilitate virtutes congregat, quasi in vento puluerem por-
tat: & vnde aliquid ferre cerni-
tur, inde deterius cæcatur. In
cunctis ergò, quæ agitis, radi-
cem boni operis humilitatem
tenete: nec quibus iam supe-
riores, sed quibus adhuc infe-
riores estis, aspici- te: vt dum
meliora vobis exempla pro-
ponitis, ad maiora semper ascē-
dere ex humilitate valeatis.

*Donis crescentibus, rationes
crescunt donorum.*

Hom. 9. su.
Euang.

Cum augentur dona, rationes
etiam crescūt donorum. Tan-
tò ergo esse humilior, atque ad
seruiendum promptior quisque
debet ex munere, quantò se o-
bligatiorem esse conspicit in
reddenda ratione.

D. GREGORII.
DE HYPOCRISI.

Cap. LIX.

*Hypocritarum opera bona laudis
flatu dissipantur.*

Q Vicquid hypocrita cum labore peragit, aura humani fauoris tollit: & dum in appetitu laudis opus deficit, quasi in ventum labor euanescit.

Li. 8. Mor.
cap. 29. vet.
26. no.

Hypocritarum peruersitas.

Verus hypocrita, tantò semper maiorem malitiam contra proximos in mente concipit, quantò solus præ omnibus videri innocentior quærit.

Li. 12. Mo.
cap. vlt.

*Hypocritæ vita phantasmatis
visio.*

Quid est vita hypocritæ nisi quædam visio phantasmatis, quæ hoc ostendit in imagine, quod non habet ex veritate?
Vnde rectè quoque somno cō

Li. 15. Mo.
cap. 3. vet.
4. no.

FLORES

paratur, qui ab eo omnis laus,
& gloria quasi, dum tenetur, a-
mittitur. Sæpe namque in no-
cturna visione nonnulli pau-
peres, factos se diuites admi-
rantur, deferri sibi honores a-
spiciunt, diuitiarum moles, ob-
sequium multitudinem, pul-
chritudinem vestium, abun-
dantiam ciborum sibi met ad-
esse considerant: gaudent se e-
uasisse penuriam, quam cum
gemitu tolerabant, sed repente
cùm euigilant, inueniunt, quàm
falsum fuerit, quod gaude-
bant, eosque euigilasse pœni-
nitet, quia euigilantes inopia
vera tenet. Sic hypocritarum
mentes, dum aliud est, quod a-
gunt, atque aliud, quod homi-
nibus ostendunt, laudes de ip-
sa sanctitatis ostentatione reci-

D. GREGORII.

piunt: in æstimatione hominū
multis melioribus præferūtur,
& cū intus apud se tacita co-
gitatione superbiāt, foris se hu-
miles demōstrant. Cūque ab
hominibus immoderatē lau-
dantur, tales esse se quoque a-
pud Deum existimant, quales
se gaudent hominibus inno-
tuisse. Vnde fit, vt etiam æter-
næ vitæ percepturos se præmia
præsumant, & qui hīc de hu-
manis fauoribus exultant, illic
se habituros requiem omnino
non dubitēt. Sed inter hæc oc-
cultæ vocationis hora surrepit,
& cū carnis oculos claudunt,
mentis aperiunt: mōxque, vt
supplicia æterna receperint, ibi
vident, quia virtutum æstima-
tione diuites in somno fuerūt,
Bene ergō beatus Iob de hy- Iob. 20.

FLORES

pocrita dicit: Trāſiet velut vi-
ſio nocturna.

*Bonum quando homini in
malum cedit.*

Lib. 1. Dia.
cap. 10.
Math. 6.

Multa videntur bona, ſed non
ſunt, quia bono animo non
ſunt. Vnde & in Euāgelio ve-
ritas dicit: Si oculus tuus ne-
quam fuerit, totum corpus tuū
tenebroſum erit. Quia cū
peruerſa eſt intentio, quæ præ-
cedit, prauum eſt omne opus,
quod ſequitur, quauis eſſe re-
ctum videatur.

DE IRA MALA.

Cap. LX.

Quantum peccatū ſit ira.

Lib. 5. Mo.
cap. 38.

Quanta ſit iracundiæ culpa,
penſemus, per quam mā-
ſuetudo amittitur, & ſupernæ
imaginis ſimilitudo viciatur.

D. GREGORII.

Per iram sapientia perditur, Ibid.
vt quid quo ordine agendum Eccl. 1.
sit, omnino nesciatur, sicut scri-
ptum est: Ira in sinu stulti re-
quiescit, quia nimirum intelli-
gentiæ lucem subtrahit, cū
mentem permouendo confun-
dit.

Per iram vita amittitur, et si Ibid. lib. 5.
sapientia teneri videatur, sicut Mor. ca. 31.
scriptum est: Ira perdit etiam
prudentes: quia scilicet confu-
sus animus nequaquam explet,
etiā si quid intelligere pru-
denter valet.

Per iram iustitia relinquitur, Ibid.
sicut scriptum est: Ira viri iusti- Jacob. 1.
tiam Dei non operatur: quia
dum perturbata mens iudiciū
sue rationis exasperat, omne
quod furor suggerit, rectum
putat.

FLORES

Ibi. 5. Mo.

cap. 31.

Prou. 12.

Per iram gratia vitæ socialis
amittitur, sicut scriptum est:

Noli esse assiduus cum homi-
ne iracundo, ne discas semitas
eius, & sumas scandalum animæ
tuæ. Et idem: Quis poterit ha-
bitare cum homine, cuius spiri-
tus facilis est ad irascendum?

Quia qui se ex humana ratione
non téperat, necesse est vt be-
stiallyter solus viuat.

Ibi. 15. Mo.

cap. 31.

Per iram concordia rumpi-
tur, sicut scriptum est: Vir ani-
mosus parit rixas, & vir iracun-
dus effundit peccata. Iracun-
dus quippe peccata effundit,
quia etiam malos, quos incauté
ad discordiam prouocat, peio-
res facit.

Ibid.

Ephes. 4.

Per iram lux veritatis amit-
titur, sicut scriptum est: Sol nō
occidat super iracundiam ve-

D. GREGORII.

stram: quia cum menti iracundia
confusionis tenebras incutit,
huic Deus radium suæ cog-
nitionis abscondit.

Ibid. lib. 5.

Per iram Spiritus sancti splen-
dor excluditur: quia cum quie-
tem mentis subtrahit, suam sancto
Spiritu habitationem claudit:
cui⁹ recessione animus vacuus
ad apertam mox insaniam du-
citur, & usque ad superficiem
ab intimo cogitationum funda-
mento dissipatur. Nam iræ suæ
stimulis accessum palpitatur, cor-
pus tremit, lingua se præpedit,
facies ignescit, exasperantur o-
culi, & nequaquam recogno-
scuntur noti.

Mor. ca. 32.

Vitam animæ qualibet cul-
pa polluit, servatus verò con-
tra proximum dolor occidit.

Li. 10. Mo.

ca. 18. vet.

II. no.

[Ira est caeca.]



FLORES

Li 28. Mo. Semper plus ira in vindicta
cap. 17. vet. exigit, quam iniuria accepit.
no. 9.

*Cum ratione, non furore pote-
stas magisterii exercen-
da est.*

Li. Epist. 8. Illa præpositorum sollicitu-
do. cap. 12.

do utilis est, illa est cautela lau-
dabilis, in qua totum ratio agit
& furor sibi nihil vendicat. Re-
stringenda ergo sub ratione
potestas est, nec quicquam agē-
dum priusquam concitata ad
tranquillitatem mens redeat.
Nam commotionis tempore
iustum omne putat ira, quod
fecerat.

*Ira in vindicta malorum se-
qui debet rationem.*

Lib. 8. Epi. Quoties ira animum inuadit
cap. 51.

tuum, mentem edoma, vince
te ipsum. Differ tempus furoris,
& cum tranquilla mens fue-
rit,

D. GREGORII.

rit, quod placet, vindica. Ira enim in vindicta malorū, sequi debet rationem animi, nō praeire: vt quasi ancilla iustitiæ post tergum veniat, & non lasciuia ante faciem prorumpat. Aliquando verò ostendenda est, & non exhibenda: aliquādo exhibenda est, sed nūquam sequenda. Quando enim in executione iustitiæ placata mēte irascimur, iracundiam & non sequimur & exhibemus. Ira enim quæ animum perturbat, quanta consideratione cauenda est, monstratur, vbi scriptum est: Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram & c.

Iacob. i.

Q

FLORES
DE IRA BONA.

Caput LXI.

Lib. 5. Mo.
cap. 33. ver.
31. no.
Ecclij. 7.

Vitiis irascendum non hominibus.

Sic proximos, vt nos amare præcipimur, restat vt sic eorum erratibus, sicut nostris vitiis irascamur. De hac per Salomonem dicitur: Melior est ira risu, quia per tristitiam vultus corrigitur animus delinquentis. Heli quia iram non habuit, motum contra se, implacabiliter supernæ ultionis excitauit. Nam quò contra filiorum vitia tepuit, eò contra illum districtio æterni rectoris exarsit.

DE IRA DEI.

Cap. LXII.

*Vindicta diuina ira semper
metuenda.*

D. GREGORII.

Quia potestas diuinæ iræ Lib. 7. Mo.
minimè cognoscitur, in cap. 5. vet.
cunctis necesse est, vt sine ces- 7. no.
satione timeatur.

Ira diuina quando implacabilis.

Nullius interuētū ira diuina Lib. 9. Mo.
restringitur, cū implacabili- cap. 13. vet.
ter excitatur. 9. no.

*Peccator peiore ultione damnatur,
cū ei nulla aduersita-
te resistitur.*

Quisquis bonorum vitam Li. Mo. 26.
persequitur, tunc peiore ultio- cap. 15. vet.
ne damnatur, cū nulla ei ad- 13. no.
uersitate resistitur: & tunc for-
tioris iræ periculis subiacer,
cū prosperè peragit, quod
nequiter concupiscit: quia vi-
delicet vindicta superni iudicij
ad futurū eum supplicium re-
seruando deseruit, cui hīc in
malo obuiare cōtempnit. Hinc

Qij

FLORES

enim per Prophetam dominus
dicit: Dimisi eos secundum de-
sideria cordis eorum, & ibunt
in voluntatibus suis. Hinc rur-
sum dicitur: Iam non irascor
tibi, zelus enim meus recessit
à te.

DE IUDICIO DEI.

Cap. LXIII.

*Dies iudicii porta est piis
cœlestis regni.*

Lib. Mo. 6.
cap. 3. vet.
5. no.

Sicut urbis aditus porta di-
citur, ita est dies iudicii por-
ta regni: quia per eum ab ele-
ctis omnib⁹, ad cœlestis patriæ
gloriam intratur.

*Dies iudicii furi in nocte
comparatur.*

Lib. Mor.
7. cap. 20.
vet. 14. no.

Dies Domini sicut fur in
nocte, ita veniet. Quia enim ad
rapiendam animā propinquas

D. GREGORII.

minimè conspicitur, furi in nocte comparatur. Tantò igitur debet quasi semper veniēs metui, quantò à nobis non valent ventura præsciri. Vnde & sancti viri quia breuitatem vitæ indefinenter aspiciunt, quasi quotidie morientes viuunt: & tantò se solidius mansuris præparant, quātò & nulla esse transitoria semper ex fine pensant.

Dies iudicij omnia reuelabit.

Tunc iniquos pudor cooperit, cùm eos in conspectu iudicis testis consciētia addicit.

1. Thess. 5.
Lib. 7. Moralium.
cap. 20. vers.
14. no.

Tunc iudex exteriùs cernitur, sed accusator interiùs toleratur. Tunc omnis ante oculos culpa reducitur, & mens super gehennæ incēdia, suo grauiùs igne cruciatur.

Q iij

FLORES.

Lib. Mor. Tantò se quisque subtiliàs
 II. cap. 23. nunc examinat, quãtò cogitat
 Vet. II. no. vt venturi iudicis terrori liber
 assistat: & ostendi sibi exorat,
 vbi displicet, vt hoc in se per
 pœnitentiam puniat, seseque
 hîc diiudicâs iniudicabilis fiat.

*Ira Dei ante iudicium preci-
 bus placanda.*

Li. Mor. Omnis qui peruersa agit, eo
 24. cap. ult. ipso quo hoc despicit, esse Dei
 iudicium nescit. Si enim hoc
 timendum sciret, quæ in illo
 sunt puniêda, non ageret. Nam
 sunt plerique, qui extremum
 esse iudiciũ verbotenus sciunt,
 sed peruersè agendo testantur,
 quia nesciunt. Qui enim hoc
 nō formidat, vt debet, necdum
 cognouit, cum quanto turbi-
 ne terroris adueniat. Si enim
 pensare pondus tremendi exa-

D. GREGORII.

minis nosset, iræ diem utique
timēdo præcaueret. Vitari au-
tem terror iudicis, non nisi an-
te iudicium potest. Modò non
cernitur, sed precibus placat-
ur. Cùm verò in illo tremen-
do examine federit, & videri
potest, & placari iam non po-
test: quia facta prauorum, quæ
diu sustinuit tacitus, simul om-
nia reddet iratus. Vnde necesse
est nunc timere iudicem, cùm
necdum iudiciū exercet, cùm
diu mala sustinet, cùm adhuc
mala tolerat, quæ videtne cùm
semel manum in retributione
ultionis excusserit, tantò in iu-
dicio districtiùs feriat, quantò
ante iudiciū diutius expectat.

*Quantò citius malum votum im-
pleri permittitur, tantò ce-
leriùs puniatur.*

Q. iiii

FLORES

Li. Mo. 15. Solent tardiùs apparere diui-
cap. 10. vet. na iudicia, cùm præpediuntur,
9. no. ne impleri debeant mala vota.
 Nam quantò citiùs malum vo-
 tum impleri permittitur, ple-
 runque tantò celeriùs punitur:
 & quâtò citiùs peruenit ad de-
 siderium, tantò faciliùs rapitur
 ad tormentum.

Li. Mor. 16 Qui semper diuinæ formidi-
ca. 20. vet. nis pondus aspicit, eius cordis
29. no. faciẽ caligo peccati nõ operit.
*Iudicium Dei extremum quantò
 longiùs protrahitur, tantò
 necesse, vt ampliùs
 metuatur.*

Cap. 28. Dedit Deus metuentibus se
vet. 16. no. significationem, vt fugiât à fa-
Li. Mo. 19. cie arcus. In arcu enim quantò
 longè trahitur chorda, tantò
 de eo districtior exit sagitta.
 Sic nimirum, sic extremi iudi-

D. GREGORII.

cij dies, quātō longē differtur,
vt veniat, tātō cūm venerit, de
illo strictior sentētia procedit.
Idcirco autem diuersis nunc
cladibus percutimur, vt his
correcti, paratiores tunc inue-
niri valeamus.

*Iudicium Dei futurum quātm sibi
formidandum.*

Qui extremi iudicij aduen-
tum intenta mente considerat,
profectō videt, quia tantus pa-
uor imminet, quantum non
solum tunc videre, sed se etiam
nunc præuidere pertimescat.
Consideratione namque tanti
terroris metu animus palpitat,
& intentionis suæ oculos de-
clinans, intueri quod præuidet,
recusat: quia cūm supernæ ma-
iestatis vim ad iudicium veniē-
tis, terrorēque tanti examinis

Li. Mo. 21.
cap. 6.

FLORES

considerando animus conatur
exquirere, mox ad semetipsum
refugiens, sese expanseit in-
uenire.

Scriptor libri vite Christi.

Lib. Mor. Et librum scribat, ait B. Iob,
22. cap. 19. ipse qui iudicat. Ipse enim per
vet. 13. no. se veritas dicit: Pater non iudi-
cat quemquam, sed omne iudi-
cium dedit filio: ut tunc distri-
ctus exigat, quod modò man-
suetè iubet. Sic namque quoti-
die conspiciamus, quòd magi-
stri pueris elementa literarum
Ipsa. 5. blandiètes imponunt, sed hæc
ab eis sæuiètes exigunt: & quæ
dant cum mansuetudine, cum
verbere exquirunt. Blanda nã-
que nunc sonant eloquiij diui-
ni mandata, sed erunt aspera in
exactione sentienda. Mansue-
ta modò est admonitio vocan-

D. GREGORII.

tis, sed tunc districta ventura
est iustitia iudicis: ed quodd cer-
tum est, quia nihil vel minimi
mandati sine discussione præ-
tereat: Quo videlicet constat,
quia librum scripsit ipse, qui
iudicat.

*Diuina seueritas ed acrius iniquum
punit, quod diutius perit.*

Tantò sequitur districtior Li. Mo. 25.
sententia, quantò peccanti ma- cap. 2.
gna est patientia prærogata:
quia diuina seueritas ed iniquū
acrius punit, quod diutius per-
tulit. Sepe enim euenit, vt dum
peccatores superna clementia
expectat, in maiore cordis cæ-
citatem profiliant. Vnde scri- Rom. 2.
ptum est: An ignoras quia be-
nignitas Dei ad pœnitentiam
te adducit? Tu autē, secundum
duritiam tuam, & cor impœ-

FLORES

nitens, thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei. Nemo igitur dicat, humana facta Deum non cernere, cùm iniquum quempiam iniquitates suas liberè prospicit cumulare. Subitò enim tollitur, qui diu toleratur: & quò tardiùs iudex venit, eò seueriùs percutit.

*Diuina iudicia formidanda sunt,
non discutienda.*

Li. Mo. 31.
cap. I.

Diuina iudicia cùm nesciuntur, nō audaci sermōne discutiēda sūt, sed formidoloso silētio veneranda: quia & cùm causas rerum cōditor in flagello non aperit, eò iustas indicat, quò se eas facere, qui summè iustus est, demonstrat.

*Dies iudicij quàm erit terribilis.
Semper extremum diem tu-*

D. GREGORII.

dicij debemus metuere, quem ^{Ho. 12. sup.} nunquam possumus præuide- ^{Euang.} re. Pensate ergo fratres, ante conspectum tanti iudicis, qui in illo die terror erit, quando iam in pœna remedium non erit? Quæ illa cōfusio, cui, reatu suo exigente, continget in cōuentu omnium angelorū hominūque erubescere? Qui pauor, eum, quem tranquillum mens humana capere non valet, etiam iratum videre? Quem ^{Soph. i.} diem bene Propheta intuens ait: Dies iræ, dies illa: dies tribulationis & angustię, dies calamitatis & miserię, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulę & turbinis, dies tubę & clangoris. &c.

Iudicia Dei quā sunt metuenda.

Iudicia Dei quāto sunt in-

FLORES

Li. Epist. 1. uestigabilia, tantò debent humanis mentibus esse metueda: vt quia ea ratio mortalis comprehendere nò valet, his se necesse est humili cordis ceruice substernat: quatenus quò eam regentis voluntas duxerit, illuc obedientibus mentis gressibus prosequatur.

DE IVDICIO TEMERARIO. Cap. LXIII.

*Aliorum corda non temerè di-
iudicanda.*

Lib. Mo 1.
cap. 7. & 8.
ver. 5 & 6.
ho.

1. Cor. 4.

TAntò minus debemus aliena corda audacter reprehendere, quantò scimus, quia visu nostro nò possumus alienæ cogitationis tenebras illustrare. Vnde bene per Paulum dicitur: Nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Do-

D. GREGORII.

minus, qui illuminabit abscon-
dita tenebrarum, & manifesta-
bit consilia cordium.

Plerunque cōtingit, vt dū ad
aliena diiudicanda mens duci-
tur, proprii iudicii lumine pri-
uetur: & eō durius contra a-
liena superbiat, quō sua negli-
gentius ignorat. At contrā, hi
qui ad alta virtutum surgere
veraciter appetunt, cūm alie-
nas culpas audiūt, mox ad cor
proprias reducunt: & tantō
rectiūs illas diiudicant, quantō
veriūs istas deplorant.

Lib. Mo. 3.
cap. 23. &
24. vet. 18.
no.

*Peruersi recta aduersis responsio-
nibus impugnant.*

Peruersæ mentes si semel ad Lib. Mor.
studium contrarietatis erupe- 9. cap. 1.
rint, siue prauum, siue rectum,
quod à contradicentibus au-
diant, aduersis hoc responsio-

FLORES

nibus impugnāt: quia cū persona per contrarietatem displicet, nec recta, quæ protulerit, placent. At contra bonorum corda, quibus in odium non venit persona, sed culpa, sic peruersa diiudicant, vt quæ recta dicuntur, assumant.

Peruersorum derogatio, vix nostra approbatio est.

Lib. 1. sup.
Ezech.
Hom. 9.

Qui increduli & subuersores sunt, in suis sermonibus derogantes, timendi non sunt: quia stultū valde est, si illis placere quærimus, quos non placere Domino scimus. Debent enim haberi in metu & reuerentia iudicia iustorū, quia membra omnipotentis Dei sunt: & hoc ipsi in terra reprehendunt, quod Dominus redarguit à cœlo. Nam peruersorum derogatio,

D. GREGORII.

gatio, vitæ nostræ approbatio
est: quia iam ostenditur nos a-
liquid iustitiæ habere, si illis
displicere incipimus, qui non
placēt Deo. Nemo etenim po-
test in vna eadēque re omni-
potēti Domino, atque eius ho-
stibus gratus existere. Nam
Deo se amicum denegat, qui
eius placet inimico.

*Prælati qui odio vel favore mo-
uetur, subditos nequæ
rectè iudicare.*

Iudicare de subditis dignè Ho. 26. su.
nequeunt, qui in subditorum Tuang.
causis, sua vel odia vel gratiam
sequuntur.

*In iustè damnatus, iustitiæ co-
ronam meretur.*

Qui in hoc seculo immeri- In expla. 3.
tè accipit damnationis senten- Psal. poen.
tiam, à Deo accipiet in celo

R

coronam.

DE IMAGINIBVS.

Cap. LXV.

*Imagines non adorantur, sed quod
per imagines representatur.*

Li. Epist. 7.
cap. 53. &
109. & lib.
9. cap. 9.

Imagines, quas tibi dirigens per Dulcidum diaconem rogasti, misimus. Vnde valde nobis tua postulatio placuit, quia illum toto corde, tota intentione diligis, cuius imaginem præ oculis habere desideras. Ab re non facimus, si per visibilia, inuisibilia demonstramus. Sic homo qui alium ardentem videre desiderat, aut sponsam amans videre conatur, si contingerit eam ad balneum, aut ad Ecclesiam ire, statim per viam incedenti se præparat, ut devotione eius hilaris recedat. Scio quidem quod imaginem Sal-

D. GREGORII.

uatoris nostri non ideo petis,
vt quasi Deum colas: sed ob
recordationem filij Dei in e-
ius amore recalescas, cuius ima-
ginem te videre consideras. Et
nos quidem non quasi ante di-
uinitatem, ante illam proster-
nimur: sed illum adoramus quē
per imaginem, aut natum, aut
passum, sed & in throno sedē-
tem recordamur. Et dū nobis
ipsa pictura, quasi scriptura ad
memoriā filiū Dei reducit, ani-
mum nostrum aut de resurre-
ctione latificat, aut de passio-
ne demulcet. Ideo quē direxi-
mus tibi surtarias duas, imagi-
nem Dei saluatoris & sanctæ
Dei genitricis Mariæ, beato-
rumque apostolorum Petri &
Pauli continentes.

R ij

*Pictura & imagines in Ecclesiis
quid profint.*

Li. Epist. 7. Idcirco pictura in Ecclesiis
cap. 109. adhibetur, vt hi, qui literas ne-
sciunt, saltem in parietibus vi-
dendo legant, quæ legere in co-
dicibus non valent.

Li. Epist. 9. Si quis imagines facere vo-
luerit, minimè prohibe: adora-
re verò imagines, omnibus
Luc. 4. modis deuita: quia omne manu
factum adorare non licet, quo-
niam scriptum est: Domi-
num Deum adorabis, & illi so-
li seruijes. Aliud est autem pi-
cturam adorare, aliud per pi-
cturæ historiam, quid sit ado-
randum addiscere. Nam quod
legentibus scriptura, hoc idio-
tis præstat pictura cernentibus:
quis in ipsa etiam ignorantes vi-
dent, quod sequi debeant: in

D. GREGORII.

ipsa legunt, qui literas nesciunt.
Vnde & præcipue gentibus
pro lectione pictura est. Fran-
gi ergo non debet, quod non
ad adorandum in Ecclesiis, sed
ad instruendas solummodo
mentes est nescientium colla-
tum.

DE IVBILO.

Cap. LXVI.

Iubilum quid.

Iubilatio dicitur, cum cordis
Iactitia oris efficacia non ex-
pletur, sed quibusdam modis
gaudium prodit, quod ipse,
qui gaudet, nec tegere præua-
let, nec explere.

Li. 28. Mo.

ca. 14. vch.

7. no.

DE INFERNO.

Cap. LXVI.

R iij

FLORES.

Sancti omnes ante Christi mortem ad inferna descenderant.

Li. Mor. 4.
cap. 32. ver.
27. no.

Prius quam redemptor noster morte sua humani generis pœnam solueret, eos etiã, qui cœlestis patriæ vias sectati sunt, post egressum carnis inferni claustra tenuerunt: non vt pœna quasi peccatores plecteret, sed vt eos in locis remotioribus quiescentes, quia necdũ intercessio mediatoris aduenerat, ab ingressu regni reatus primæ culpæ prohiberet.

Luc. 16.

Vnde iuxta redemptoris nostri testimonium, diues, qui apud inferos torquetur, in sinu Abraham requiescere Lazarũ contemplatur. Qui profectò si adhuc in imis non essent, hos ille in tormentis positus non videret.

D. GREGORII.

ret. Vnde & idem redemptor
noster pro nostræ culpe debi-
to occumbens, inferna pene-
trat, vt suos, qui ei inhaerant,
ad cœlestia reducat.

Nunc sancti quique mox vt
à carnis colligatione exeunt, in
cœlesti sede quiescunt, Paulo
attestante, qui ait: Scimus quo-
niam si terrestris domus nostra
huius habitationis dissoluatur,
quod ædificationem ex Deo
habemus, domum non manu
factam, æternam in cœlis.

Ante aduentum mediatoris
Dei & hominis, omnis homo,
quanuis mundæ probatq; vi-
tæ fuerit, ad inferna claustra de-
scendit. Nec tamē ita iustorum
animas ad infernū dicimus de-
scēdisse, vt in locis pœnalibus
tenerētur. Sed esse superiora in

Ibid.

2. Cor. 5.

Li. 12. Mo.
cap. 7. ver.
6. no.

R iij



FLORES

ferni loca, esse alia inferiora credenda sunt: vt & in inferioribus iusti requiescerent, & in inferiorib' iniusti cruciaretur.

Li. Mor. 13.
cap. 21. Ver.
16. no.

In ipsis inferni locis iustorum animæ sine tormento tenebatur: vt & pro originali culpa adhuc illuc descenderent, & tamen ex propriis actibus supplicium non haberent, quasi in tenebris lectulum strauisse, est in inferno sibi requiem præparasse. Graue etenim tædium electis fuit, post solutionem carnis adhuc speciem non videre creatoris.

Quæstio, quomodo superiora loca inferi, profundissimum inferni dicantur.

Ibi. ca. 22.
ver. 17. no.
Iob. 15.

Cum cõstet quod apud inferos iusti nõ in locis pœnali- b', sed in superiori quietis sinu

D. GREGORII.

tenerentur, magna nobis oritur
 quæstio, quidnā sit, quòd bea-
 tus Iob asserit dicens: In pro-
 fundissimum infernum descē-
 dent omnia mea Qui etsi ante
 aduentum mediatoris Dei &
 hominum in infernum descen-
 surus erat, liquet tamē, quia in
 profundissimum infernum de-
 scensurus non erat. An ipsa su-
 periora loca inferi profundis-
 simum infernum vocat? Quia
 videlicet quantum ad sublimi-
 tatem coeli, iam huius aëris spa-
 tium non immeritò dici infer-
 nus potest. Vnde cū apostate
 angeli à coelestibus sedibus in
 hoc caliginoso aëre sint de-
 merſi, Petrus apostolus dicit:
 Angelis peccantibus non pe
 percit: sed rudentibus inferni
 detractos, in tartarum tradidit

FLORES

in iudicio cruciandos reservari.
Si itaque quantum ad celsitudinem cœli, aër iste caliginosus infernus est, quantum ad eiusdem aëris altitudinē, terra, quæ inferiùs iacet, & infernus intelligi, & profundus potest: quantum verò ad eiusdem terræ altitudinem, & illa loca inferi, quæ superiora sunt aliis receptaculis inferni, profundissimi appellatione signantur: quia quod aër ad cælum, terra ad aërem: hoc ille est superior infernorum sinus ad terram.

Ignis gehennæ incorporeus est, in quo reprobis in anima pariter & carne cruciantur.

Li. Mor. 15.
ca. 14. vet.
17. no.

Gehennæ ignis cum sit incorporeus, & in se missos peccatores corporaliter exurat, nec studio humano succenditur.

D. GREGORII.

tur, nec lignis nutritur: sed creatus semel durat inextinguibilis, & succensione non indiget, & ardore non caret, qui in pœna reproborum esse semel incipit, sed ardorem suum etiam sine lignis nunquā finit. Sciendum verò est, quòd omnes reprobi, quia ex anima simul & carne peccauerunt, illic in anima pariter & carne cruciantur.

*Error Origenistarum, qui putant
infernī supplicia finem
sortiri.*

Sunt nonnulli, qui nunc idcirco peccatis suis ponere finem negligunt, quia habere quandoque finem futura super se iudicia suspicantur. Quibus breuiter respondemus, si quandoque finienda sunt supplicia reproborum, quādoque

Li. Mo. 34.

cap. 12. vers.

16. no.



Math. 5.

que finienda sunt. ergo & gaudia beatorum. Per semetipsam namque veritas dicit: Ibunt hi in supplicium æternum: iusti autem in vitam æternam. Si igitur hoc verum non est, quod minatus est, neque illud verum est, quod promissit. At inquiunt, idè æternam pœnam peccantibus minatus est, vt eos à peccatorum perpetratione cõpesceret: quia creaturæ suæ æterna supplicia minari debuit, nō inferre. Quibus citius respondemus: Si falsa minatus est, vt ab iniustitia corrigeret, etiam falsa pollicitus est, vt ad iustitiam prouocaret. Et quis hanc eorum veritatem toleret, qui dum promissionibus suis reprobos supplicia finire asserunt, asser-

D. GREGORII.

tionem suam etiam electorum præ-
mia remunerationisque con-
fundunt? Quis hanc eorum ve-
santiam toleret, qui conantur
asserere verum non esse, quod
veritas de æterno igne minata
est: & dum fatagunt Deum per-
hibere misericordem, non ve-
rentur prædicare fallacem? At
inquiunt, Sine fine puniri non
debet culpa cum fine. Iustus
nimirum est omnipotens Deus,
&, quod non æterno peccato
commissum est, æterno non
debet puniri tormento. Quibus
citius respondemus, quod re-
cte dicerent, si iudex iustus di-
strictusque veniens, non corda
hominum, sed facta pensaret.
Iniqui enim idcirco tunc cum fi-
ne deliquerunt, quia cum fine
vixerunt. voluissent quippe

sine fine viuere, vt sine fine potuissent in iniquitatibus permanere. Nam magis appetunt peccare, quàm viuere: & ideo hîc semper viuere cupiunt, vt nunquâ desinant peccare, cùm viuunt. Ad districti ergò iudeis iustitiam pertinet, vt nunquam careant supplicio, quorum mēs in hac vita nunquam voluit carere peccato: & nulus detur in quo terminus ultionis, qui quandiu valuit, habere noluit terminū criminis.

Li 4. Dial.
cap. 43.

Vnus ignis est æterna pœna.
Vnus est gehennæ ignis, sed non vno modo omnes cruciat peccatores. Vniuscuiusque etenim quantum exigit culpa, tanta illic sentitur pœna. Nam sicut in hoc mundo sub vno sole multi consistunt, nec ta-

D. GREGORII.

men eiusdem solis ardorem æqualiter sentiūt, quia alius plūs æstuat, atque alius minūs: ita illic in vno igne non vnus est modus incēdij, quia quod hīc diuersitas corporum, hoc illic agit diuersitas peccatorum, vt & ignem non dissimilem habeant, & tamen eosdem singulos dissimiliter exurat.

DE IUSTITIA.

Cap. LXVIII.

Humana iustitia, quando iniustitia.

Lib. Mo. 5.
cap. 26. vlt.
28. no.

Humana iustitia diuinæ iustitiæ comparata, iniustitia est. quia & lucerna in tenebris fulgere cernitur, sed in solis radio posita tenebratur.

Lib. Mor.
8. cap. 13.
vet. 9. no.

Hoc ipsum quod iustè videmur viuere, culpa est, si vitā nostrā cū iudicat, hāc apud se diuina misericordia nō excusat.

FLORES

*Iustitia timore fermentata, non
est perfecta.*

Lib. Mo. 11. . Nunquā impleri iustitia per
cap. 22. ver. timorē potest, quia iuxta Ioan-
20. no. nis vocem, Perfecta charitas
Ioan. 4. foras mittit timorem. Et Pau-
Rom. 8. lus quoque adoptionis filios
consolatur dicens: Non acce-
pistis spiritū servitutis iterum
in timore, sed accepistis spiri-
tum adoptionis filiorū, in quo
clamamus, Abba pater.

Lib. Mo. 14. . Iustus non est, qui iustitiam
cap. 16. ver. in dolore deserit.
14. no.

*Iustitia nostra non indi-
get Deus.*

Lib. Mo. 16. . In omni, quod bene agimus,
cap. 1. . nosmetipsos, non Deum iuva-
Psalm. 117. mus. Vnde per Psalmistam di-
citur: Dixi Domino, Deus
meus es tu, quoniam bonorum
meorum non eges.

Quero

D. GREGORII.

*Quem iustitia saluet in extremo
examine.*

Quamlibet sit iustitia operis, Li. Mo. 16.
apud internum iudicem nulla cap. 11. vet.
est, si hanc eleuat tumor men- 10. no.
tis. Illum verò in extremo exa-
mine iustitia æterni iudicis sal-
uat, quem hic eius pietas ab
immundis operibus liberat.

*Humana iustitia diuina compa-
rata, est iniustitia.*

Omnis vir iustus, Dei illu- Li. Mo. 16.
stratione iustus est, non com- cap. 8. vet.
paratione. Humana quippe iu- 10. no.
stitia auctori comparata, iniu-
stitia est, quia ethi in ipsa sui
conditione homo persisteret,
creatori non posset æquari
creatura.

*Ante iustitiam, & post misericordie
opera sunt exercenda.*

Ille bene agit, quæ pie sunt, Mo. Li. 19.
cap. 19.

qui scit prius seruare, quę iusta:
ut collatus in proximis riuus
misericordię, de iustitię ducatur
fonte. Quia tunc est apud
Deum oblatio verę rectitudi-
nis, cum de radice iustitię pro-
cedunt rami pietatis.

Iustus esse non potest, qui fide caret.

In Explan.

4. Psal pœ.
nit.

Genes. 15.

Iustitia Dei fides est, sicut
scriptum est. Credidit Abraham
Deo, & reputatum est illi ad
iustitiam, quia iustus ex fide
viuit. Si ergo iusti vita fides est,
consequens est eandem fidem
esse iustitiam, sine qua quisque
esse iustus non potest.

*Iustitia in rege primum honestas
stamentum.*

L. 7. Epist.
cap. 120.

Summum in regibus bonum est
iustitiam colere, ac sua cuique
iura seruare: & subiectis non
sincerę, quod potestatis est,

D. GREGORII.

fieri, sed quod æquum est, cu-
stodire.

Mihi credite, quia sicut ex- Li. 9. Epist.
perimento multorum didici- cap. 57.
mus, in damno expenditur,
quicquid cum iniustitia con-
gregatur. Si vultis igitur nihil
iniuste perdere, summopere
studete, de iniustitia nihil ha-
bere.

DE I'NGENIO.

Cap. LXIX.

*Ingenium tardius nonnulli cur
percipiant.*

Idcirco sæpe & desidiosus Li. 6. Mor.
ingenium accipit, vt inge- cap. 4. vet.
niosus de negligentia iustius 5. no.
puniatur. quia quod sine labo-
re assequi potuit, scire contem-
nit. Et idcirco nonnunquam
studiosus tarditate intelligen-
tiæ premitur, vt eò maiora præ-
S ij

FLORES

ma retributionis inueniat,
quò magis in studio vocatio-
nis elaborat.

DE INVIDIA.

Cap. LXX.

Virtus inuidia subiacet.

Lib. Mo. 5.
cap. 33. vet.
32. no.
Iob 5.

Paruulum, inquit Iob, occi-
dit inuidia. Inuidere enim
non possumus, nisi eis, quos
nobis in aliquo meliores pu-
tamus. Paruulus ergò est, qui
litore occiditur, quia ipse sibi
testimonium perhibet, quòd
eo minor sit, cuius inuidia tor-
quetur.

*Remedium inuidie, amor
eternorum.*

Ibid. cap.
ultimo.

Qui liuoris peste plene ca-
rere desiderat, illam hæredita-
tem diligat, quam cohæredum
numerus non angustat: quæ &

D. GREGORII.

vna omnibus est, & singulis
tota: quæ tantò largior esse o-
stenditur, quantò ad hanc per-
cipiētium multitudo dilatatur.
Imminutio ergò lioris, est af-
fectus surgens internæ dulce-
dinis: & plena mors eius, est
perfectus amor æternitatis. Nā
cū mens ab eius rei appetitu
retrahitur, quæ accipientium
numero partitur, tantò magis
proximum diligit, quantò mi-
nus ex profectu illius sua dāna
pertimescit. Quæ si perfectè in
amore cœlestis patriæ rapitur,
plenè etiā in proximi dilectio-
ne sine omni inuidia solidatur:
quia cū nulla terrena deside-
rat, nihil est, quod eius erga p-
ximum charitati contradicāt.

Lioris vitium quàm enorme.

Per lioris vitium ante Dei

S iij



FLORES

Ibidem.

oculos pereunt etiam fortia a-
cta virtutum.

Ibidem.

Quamuis per omne vitium,
quod perpetratur, humano
cordi antiqui hostis virus in-
funditur, in liuoris tamen ne-
quitia tota sua viscera serpens
concutit, & imprimendæ ma-
litiæ pestem mouit. De quo ni-
mirum scriptū est: inuidia dia-
boli mors intravit in orbem
terrarum.

Sap. 2.

DE LABORE.

Cap. LXXI.

*Labourantis visitatio est, laboris
subleuatio.*

Subleuatio est laboris, visi-
tatio collaborantis: sicut
cū in itinere comes iungitur,
via quidem non abstrahitur,
sed tamen de societate comitis
leuiatur.

Lib. Mo. 5.
cap. 3. vet.
s. no.

D. GREGORII.

*In laboris studio remuneratio ad
mentem est reducenda.*

In laboris studio mercena-
rius conspicit, quid percipere
in tēpore remunerationis pos- Li. Mor.8
sit. Nam cū opus crescit, præ- cap. 7. vet
mij fiducia proficit: cū verò 3. no:

opus torpuerit, spes à remunc-
ratione lassescit. Vnde & ele-
ctus quisque vitam suam, quasi
mercenarij dies pensans, tantò
fidentius spe tendit ad præ-
mium, quantò nunc robustiùs
perdurat ad laboris incremen-
tum. Qui si decursus præsentis
temporis pēsat, dies cū ope-
ribus numerat, ne à labore va-
cua transeant vitæ moimenta,
formidat.

Spes præmij minuit vim flagelli.

Mercenarius cū faciendā
opera conspicit, mentem pro-

S iiij

Ibid. cap. 5.
no.

tinus ex loginquitate & pō-
dere laboris addicit: cū verò
lassescētem animum ad cō-
siderandum operis præmium
reuocat, vigorem mox animi
ad exercitium laboris refor-
mat: & quod graue perpendit
ex opere, leue existimat ex re-
muneratione. Sic electi quique
dum mundi huius aduersa pa-
tiuntur, cū inhonestates, cō-
tumelias, rerum damna, cru-
ciatus corporis tolerant, esse
grauia, quibus exercētur, pen-
sant: sed cū mentis oculum
ad æternæ patriæ cōsideratio-
nem tendunt, ex comparatio-
ne præmij, quàm sit leue quod
patiuntur, inueniunt.

*In presenti vitæ studio sunt quadam
laboriosa, quadā vacua, quadam
vacua & laboriosa.*

D. GREGORII.

In hac vita, quædam laboriosa sunt, quædam vacua, quædam verò vacua simul & laboriosa. Amore quippe conditoris præsentis vitæ tribulationibus exerceri, laboriosum quidem est, sed vacuum non est. Amore autem seculi voluptatibus solui, vacuum quidem est, sed nō laboriosum. Amore verò eiusdem seculi aduersa aliqua pati, & vacuum simul est, & laboriosum: quia ex aduersitate mens affligitur, & remunerationis præmio non repletur.

Ibi. cap. 8.
vet. 5. no.

Quò magis æternum refrigerium quæritur, eò magis cōspicitur, quàm vacuè pro vita ista laboratur. Nam quò unicuique plus dulce sit, quod de æternis desiderat, eò magis ei

Ibi. cap. 9.
vet. 5. no.



FLORES

graue ostēditur, quod pro præ-
sentium amore tolerat.

Spes præmij minuit vim flagelli.
Lib. 3. Past. Si attendatur felicitas, quæ si-
cure ad mo. ne transitu attingitur, leue fit,
29. quod transeundo laboratur.

DE LAVDE HVMA-
na. Cap. LXXII.

*Laus humana mentem immu-
rat à recto.*
Lib. Mor. 1. **S** Aepe bono operi dum laus
cap. 38. ver. humana obuiat, mentem o-
29. no. perantis immutat: quæ quam-
uis quæsita non fuerat, tamen
oblata delectat. Cuius delecta-
tione cum mens bene operan-
tis resoluitur, ab omni intētio-
nis intimæ vigore dissipatur.
Ibi. 39. ver. Nullum est bonum, quod fo-
20. no. ris agitur, si non pro eo intus
ante Dei oculos innocētiæ vi-

D. GREGORII.

ſtima in ara cordis immolatur.
Tota itaque virtute perſpiciē-
dus eſt fluuius operis, ſi purus
emanat ex fonte cogitationis.

Qui pro virtute, quam agit, Lib. Mo. 8.
humanos fauores deſiderat, re cap. 28. vet.
magni meriti, vili præcio vena- 25. no.
lem portat. Vnde cœli regnum
mereri potuit, inde numum
transitorij ſermonis quærit.

*Opera hypocritarum bona laudis
flatu diſſipantur.*

Quicquid hypocrita cum la- Ibi. ca. 20.
bore peragit, aura humani fa- vet. 20. no.
uoris tollit: & dum in appetitu
laudis opus deſicit, quaſi in
ventum labor euaneſcit.

Laus humana non appetenda.

Cum primordia boni laudā- Ibi. cap. 35.
tur operis, dignum eſt, vt hoc vet. 25. no.
animum non paſcat operantis:
ne, dum accepta laus ſuauiſſime

FLORES

carpitur, fructus operis intempestivè comedatur. Qui ergò inchoatæ virtutis ab humano ore laudem receperit, quasi plantati ligni ante tempus pomum comedit.

Ibi. cap. 37. **Qui** in itinere deprædari formidat, abscondat necesse est bona, quæ portat. Intus enim sunt servanda bona, quæ agimus, si ab interno arbitro mercedem recipere nostri operis expectamus. Occultanda ergò sunt, quæ agimus, ne hæc in huius vitæ itinere incautè portantes, latrocinantium spirituum incurfione perdamus.

Ibi. cap. 38. **Perfectorum** est sic ostenso opere authoris gloriam querere, ut de illata laude privata nesciant exultatione gaudere. Tunc solùm namque innoxie

D. GREGORII.

hominibus laudabile opus ascenditur, cum per despectum mentis veraciter laus impensa calcatur.

Si suas laudes Deus taceret, Deum homo non cognosceret.

Deus, qui nos prohibet, ne Li. Mo. 18.
proprio ore laudemur, per scri- cap. 5. ver.
pturam sacram laudes suas lo- 7. no.
quitur: non quia ipse eis indiget, qui proficere laudibus nescit: sed dum suam nobis magnitudinem narrat, nostram ad se imperitiam subleuat: & bona sua loquendo nos edocet, quem omnino homo non cognosceret, si de se tacere voluisset.

Laus humana iustis est poena.

Laus sua iustos cruciat, ini- Li. Mo. 26.
quos exaltat. Sed iustos dum cap. 30. ver.
cruciat, purgat: iniquos dum 23. no.

FLORES.

lætificat, reprobos monstrat.
Isti enim sua laude pascuntur:
quia authoris sui gloriam non
requirunt.

Lib. 1. Past. Nescit laudem cum suppe-
curæ ca. 9. tit fugere, qui ad hanc didicit,
cum deesset anhelare.

Laus humana non affcenda.

Li 3. Past. Cum pro recto opere laus
curæ admi transitoria quæritur, æterna re-
mist. 36. tributione res digna, vili præ-
tio venundatur. De quo vide-
licet prætio percepto veritas
Matth. 5. dicit: Amen dico vobis rece-
perunt mercedem suam.

Sunt nonnulli, qui idcirco
Lib. Dial. bona facere student, vt gratiã
1. cap. 10. alienæ operationis obnubilent.
Nec pascuntur bono, quod fa-
ciunt, sed laude boni, qua cæ-
teros premunt.

Cum bona exteriorius agimus,

D. GREGORII.

hæc interiùs cum magna cau- Li. Epist. 3.
tela custodiamus: ne appetitus cap. 4.
placendi hominibus subrepat,
& omnis labor boni operis in-
cassum fiat.

DE LAETITIA.

Cap. LXXIII.

Præmia tribulationis est læ-
titia satietatis.

Lætitia mentis arcana prodit.

Solet lætitia arcana mentis
aperire, atque aperiendo amit-
tere: aduersa verò cum nos ex-
teriùs deprimunt, interiùs cau-
tiores reddunt.

Qui flent, sunt tanquam nō
flentes, ait Apostolus: & qui
gaudent, tanquam non gaudē-
tes. Non flendo flere, est sic
exteriora aduersa plangere, vt
tamen nouerit æternæ quoque:

Li. Mor. 2.
cap. 13. vet.
9. no. 1

Li. Mo. 29.
cap. 27. vet.
15. no.

Lib. 3. Past.
curæ, ad-
monit. 28.

FLORES

1. Corin. 7. spei consolatione gaudere. Et
rursum non gaudento gaude-
re, est sic de infimis animū at-
tollere, vt tamen nunquam de-
sinat summa formidare.

Post lamenta sequuntur gaudia.

Hom. 11.

sup. Eu^g.

Nemo potest & hic gaude-
re cum seculo, & illic regnare
cum Christo: quia præsentia
gaudia sequuntur perpetua la-
menta.

Hom. 39.

sup. Luāg.

In die bonorum non imme-
mor sis malorum: quia & si
qua est præsentis temporis, ita
est agenda latitia, vt nunquam
amaritudo sequentis iudicij re-
cedat à memoria: quatenus
dum mens pauca extremæ vl-
tionis timore transfigitur, quā-
tū nunc præsentis latitia, tā-
tū post ira subsequens tem-
peretur. Hinc namque scriptū
est:

D. GREGORII.

est: Beatus homo, qui semper Prouer. 18.
est pauidus.

DE LOCO.

Cap. LXXIII.

Regiminis locus quibus
negandus.

Sicut locus regiminis desi- Li. Epist. 6.
derantibus negandus est, ita cap. 5.
fugientibus offerendus est.

Vita sancta confert meritum, lo-
cus non facit quempiam
beatum.

Qualibet occulta loca sine Li. Epist. 6.
Dei gratia animam saluare nō cap. 5. & li.
possunt: quod aliquādo etiam 8. cap. 45.

conspicimus in ipsis errantibus
electorum Nam Loth in per-
uersa ciuitate iustus fuit, in mō
tepeccauit. Quid enim para-
diso iucundius? Quid calose-
curius? & tamen homo ex pa-

T

radisō peccando, & angelus
cecidit è cœlo. Illius ergo no-
bis virtus quærenda est, & gra-
tia postulanda, sine quō nus-
quam absquē periculo & cul-
pa: cum quō nusquam sine ius-
titia esse non possumus.

Locorum gradus distinguit ordo
subiectionis dicitur

Li. Epist. 7.
cap. 8.

Ad hoc locorum gradus mi-
tionis ordo distinxit, & iudi-
cia esse constituit: ut nec præ-
positi in opprimendos se fru-
stra valeant occupare subie-
ctos: nec subiectis iterum con-
tra suos præpositos effrenata
sit resultandi licentia.

Li. Epist. 6.
cap. 29.

Non loca, vel ordines crea-
tori nostro nos proximis fa-
ciunt, sed ei nos merita bona
iungunt, aut mala disiungunt.

D. GREGORII.

DE LOQVENDI

opportunitate.

Cap. LXXV.

Verba locis & rebus aptanda.

IN omne, quod dicitur, ne-
cesse est, vt causa, tempus, &
persona pensetur: si verba sen-
tentiae veritas roboret, si hanc
tempus congruum postulet, si
& veritatem sententiae, & con-
gruentiam temporis personae
qualitas non impugnet. Ille e-
nim laudabiliter spicula emit-
tit, qui prius hostem, quem fe-
riat conspicit. Male autem ar-
cus validi cornu subigit, qui
sagittam fortiter dirigens, ci-
uem ferit.

Loquendi censura.

Qui loquedi custodiam ne-
gligit, interdum vsque ad affli-
cti contumelias excedit.

T ii

Lib. Mo. 6.
cap. ult.

Lib. Mo. 11.
cap. 1.

Lib. Mo. 8.
cap. 2.

Qui in dictis suis reprobari metuit, ipse prius debet examinare, quod dicit, quatenus inter cor & linguā equus quidā, discretusq; arbiter sedeat, subtiliter pensans, si recta verba cor offerat, quæ vtiliter suscipiens, ad auditorum iudicium lingua perducatur.

Verba dimetienda, antequam proferenda.

Li. Mo. 16.
cap. 1.

Qui verba sua metiri nesciūt, proculdubio ad otiosa dicta dilabuntur. In quibus, si se minimè reprehendunt, statim ad noxia & contumeliosa verba prosiliunt. Nam isti sunt casus culpæ crescētis, vt lingua eū non restringitur, nequaquam ubi ceciderit, iaceat, sed semper ad deteriora descendat.

D. GREGORII.

*Rector in locutione & silentio
sit prouidus.*

Sit rector discretus in filētio, Li. 2. Past.
utilis in verbo: ne aut tacenda curā ca. 4.
proferat, aut proferenda retice-
scat. Nam sicut incauta locutio
in errorem pertrahit, ita indi-
cretum silentium hos, qui eru-
diri poterant, in errore dere-
linquit.

DE MALO ET MA-
lis. Cap. LXXVI.

*Mali duobus modis vitam bo-
norum impetrant.*

PEruersi duobus modis bo- Lib. Mo. 5.
norum vitam impetrant: cap. 13. vet.
quia aut praua eos dicere af- 12. nō.
serunt, aut recta non seruare,
quæ dicunt.

Cur deus iniquos toleret.

Aliquādo omnipotēs Deus Ibid. ca. 15.

T iij

FI O R E S.

diu præualere iniquos patitur,
vt iustorum mūdus vita pur-
getur. Aliquando verò ini-
stos celeriter trucîdat, eorum-
que interitu innocentum cor-
da confirmat. Si enim nunc o-
mnes malè agentes percuteret,
extremum iudicium quibus
exhiberet? Si autem nullū om-
nino percuteret, quis Deum res
humanas curare crederet? Nō-
nunquam ergò iniquos ferit,
vt ostendat, quia multa mala
non deserit.

Inter malos bene viuere,

laus summa.

Lib. Mo. 1.
cap. 1.

Non est valde laudabile bo-
num esse cum bonis: sed bonū
esse cum malis. Sicut enim gra-
uioris culpæ est inter bonos
bonum non esse, ita immēsi est
preconij bonum etiam inter

D. GREGORII.

malos extitisse.

Hoc vniuscuiusque propriū
esse solet, vt qualis ipse fuerit, Lib. Mo. 8.
cap. 38. vet.
30. no.
tales sibi coniungi & alios ve-

lit: diuersitatem vitæ refugiat,
atque hoc imitandum impri-
mat, quod amat. Vnde mali bo-
nis non conueniunt, nec boni
malis.

Iusti præsentia bona vel mala,
anxiè non metuum.

Iusti nec oblata bona hic
pro magno suscipiunt, nec il-

lata mala valde pertimescunt:
sed cum bonis præsentibus v-
tuntur, ventura mala metuum.

Et cū de malis præsentibus
gemunt, bonorum sequētiū
amore cōsolantur: sicque tem-
poraliter fouentur subsidio, si-
cut viator in stabulo vtitur le-
ctō penfat, & recedere festinat.

T iij

quiescit corpore, sed ad allud
tendit mente.

Li. Mo. 10.

cap. 17. vet.

10. no.

Cum malè gesta defleueris,
nequaquam rursus facias quod
in precibus iterum plangas.

Multi benigne etc. Dei peiores

redduntur. boni, tam

Li. Mo. 11.

cap. 1. vet.

1. no.

Plerumque mali eò magis cõ-
tra Deum superbiunt, quò ab
eius largitate & contra meritũ
ditantur: & qui prouocari bo-
nis ad meliora debuerant, do-
nis peiores fiunt.

Distantia inter impium. Et

iniquum. Et tam boni

Li. Mo. 18.

cap. 4. vet.

6. no.

Inter impium & iniquum
hoc distare non nunquam solet:
quia omnis impius iniquus, nõ
tamen omnis iniquus est im-
pius. Impius namque pro infi-
deli ponitur, id est, à pietate re-
ligionis alieno. Iniquus vcrò

D. GREGORII.

dicitur, qui prauitate operis ab
æquitate discordat, tamen
Christianæ fidei nomē portat.

DE MARTYRIO.

Capitulum LXXVII.

*Extra unitatem catholicæ Ecclesiæ
nemo moritur martyr.*

Quisquis extra unitatē Ec-
clesiæ patitur, pœnas pati
potest, martyr fieri non potest:
quia auro locus est in quo cō-
flatur. Quid itaque ad hæc hæ-
retici dicitis? Conflari per affli-
ctionem carnis, vel etiam per
martyrium vultis? sed locum,
in quo debeatis conflari, nesci-
tis. Audite quid sancti prædi-
catoris voce dicitur: Auro lo-
cus est, in quo conflatur. Hunc
ergo conflationis locum qua-
rite, hanc fornacem, qua aurū

Li. Mo. 18.
cap. 14.

Li. Mo. 18.
cap. 14.



aptè purgari valeat, inuenite.
Vna est Ecclesia, in qua qui cō-
flari voluerit, ab omni etiam
poterit peccatorum sorde pur-
gari. Si quid pro Deo amaritu-
dinis, si quid tribulationis ex-
tra hāc positi sustinetis, in cen-
di potestis tantummodò, non
purgari. Quia ergo non nisi in
catholica Ecclesia veri marty-
res fiunt, dicit rectè: Aurola-
eūs est, in quo conflatur: quia
non clarescet anima in fulgore
æternæ pulchritudinis, nisi (ut
ita dicam) prius hāc arserit in
officina charitatis.

Li. 3. Dial.
cap. 16.

Martyrij duo genera.
Duo sunt martyrij genera,
vnum in occulto, alterum in
publico. Nam etsi persecutio
desit exterius, martyrij meri-
tum in occulto est, cum vir-

D. GREGORII.

tus ad passionem prompta flagrat in animo. Quia enim esse possit & sine aperta passione martyrium, testatur in Evangelio Dominus, qui Zebedæi filiis adhuc præ infirmitate mentis maiora sessionis loca querentibus dicit: Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Cui videlicet cum responderent, Possumus, ait vtrisque: Calicem quidem meum bibetis, sedere autem ad dexteram meam vel sinistram, non est meum dare vobis. Quid autem calicis nomē, nisi passionis poculum signat? Et cum nimirum cōstet quia Iacobus in passione occubuit, Ioannes verò in pace Ecclesiæ quievit: incun-ctanter colligitur esse & sine aperta passione martyriū, quan-

Matth. 20.

do & ille calicem Domini bibere dictus est, qui ex persecutione mortuus non est.

Hom. 3. su.
Evang.

Quamuis occasio persecutionis desit, habet tamen & pax nostra martyrium suum: quia etsi carnis colla ferro non subdimus, spiritali tamen gladio carnalia desideria in mente trucidamus.

DE MATRIMONIO.

Cap. LXXVIII.

*Matrimonium an castum
diei liceat.*

In Expla.
4.^a Psal.
Poenit.

NON ideo homines in peccatis concipiuntur, quia peccatum sit coniugibus commisceri. Hoc enim opus castum non habet culpam in coniuge: quia nuptiale foedus non exorbitat à fide. Deus enim copu-

D. GREGORII.

iam maritalem instituit, quando masculum & feminaam in principio creauit. Qui quidem sine peccato filios ederent, si in paradiso positi, in conditoris obediētia perstitissent. Sed quia à statu rectitudinis primus homo peccando corrui, peccati poenam ad filios misit. Carnalis enim delectatio poena peccati est, quæ ex radice peccati ita contrahitur, vt nullus absq; illa in mundo generetur.

DE MENDACIO.

Cap. LXXIX.

Veritas sanctis est pretiosa, mendacium vero exosum.

Sanctorum mentes quia veritatem diligunt, etiam culpa fallaciæ torquet alienæ. Quanto enim graue mendacij

Li. Mo. 1.
cap. vltim.

FLORES

esse crimen aspiciunt, tãtò hoc
non solum in se, sed etiam in
aliis oderunt.

DE MENTE.

Cap. LXXX.

Humana mentis proprietas.

Lib. Mor.
14. cap. 2.

Humanæ mentis est pro-
prium, hoc sibi fieri suspi-
cari, quod facit. Arbitrantur e-
nim se despici, qui bonorum
mores despicerè consueverunt.

DE MALITIA.

Cap. LXXXI.

Malitia laus summa qua.

Lib. Epist.
12. cap. 24.

Summa malitiæ laus inter a-
lia bona merita hæc est: obe-
dientiam sanctæ Reipublicæ
exhibere, quodque sibi volũter
imperatum fuerit, obtẽperare.

D. GREGORII.

DE MIRACULIS.

Cap. LXXXII.

Miracula diuina veneranda

sunt, non temere discu-

tenda.

Diuina miracula & semper
debent considerari per stu-
dium, & nunquam discuti per
intellectum. Sæpe namque hu-
manus sensus, dum quarûdam
rerum rationem quærens non
inuenit, in dubitationis se vo-
raginem mergit. Vnde fit vt
nonnulli homines mortuorum
corpora in puluerem redacta
considerent, dùmque resurre-
ctionis vim colligere ex ratio-
ne non possunt, hæc ad statum
pristinum redire posse despe-
rant. inquit origenes inuidiosum
Dei similes non sunt miracula, quia
ipsa charitas probat. Solus

Li. Mo. 6.

cap. 6. vet.

8. no.

L. Mo. 20. Probatio sanctitatis non est
cap. 8. vet. signa facere, sed vnumquem-
9. no. que vt se diligere: de Deo au-
tem vera cognoscere, de pro-
ximo verò meliora, quàm de
semetipso sentire. Nam quia
vera virtus in amore est, non
autem in ostentatione miracu-
li, veritas demonstrat, quæ ait:
In hoc cognoscet omnes, quia
mei estis discipuli, si dilectio-
nem habueritis ad inuicē. Qui
enim non ait: In hoc cognos-
cetur, quia mei discipuli estis,
si signa feceritis, sed ait, Si dile-
ctionem habueritis ad inui-
cem: apertè indicat, quia ve-
ros Dei famulos non miracula,
sed sola charitas probat. Testi-
monium ergò superni disci-
pularis, est donum fraternæ
dilectionis.

Ioan. 13.

Ecclesia



D. GREGORII.

*Ecclesia olim miraculorum sub-
sidio indiguit, nunc*

verò non.

Multi, quia virtutes nunc in
Ecclesia non vident, subtra-
ctā iam ab Ecclesia supernam
gratiam suspicantur, nescientes
pēsare, quod scriptum est: Ad-
iutor in opportunitatibus, in
tribulatione. Tunc quippe fan-
cta Ecclesia miraculorum ad-
iutoris indiguit, cū eam tri-
bulatio persecutionis preſsit.
Nam postquam superbiam in-
fidelitatis edomuit, non iam
virtutum signa, sed sola merita
operum requirit, quanuis & il-
la per multos, cū opportuni-
tas exigit, ostendit. Scriptum
quippe est: Linguae in signum
sunt, non fidelibus, sed infide-
libus.

Li. Mo 17.

cap. 14 vet.

ii. no.

Pl. 1. 9.

1. Co. 14.

FLORES

*Aestimatio bona vite in qua
re consistat.*

Li. Dialog.
1. cap. 12.

Vita vera aestimatio in vir-
tute est operum, non in osten-
sione signorum. Nam sunt ple-
rique, qui etsi signa non faciunt,
signa tamen facientibus dispa-
res non sunt.

DE MORTE HO-
minis. Cap. LXXXIII.

Mors certa, & hora incerta.

Li. Mo. 12.
cap. 18. vet.
no. 20.

Praesens vita semper incerta
est. Tantò ergò semper
mors surripiens timeri debet,
quàto nunquàm praevideri valet.

Mortis dies cur lateat.

Ibi. cap. 19.
vet. 20. no.

Ad hoc conditor noster la-
tere nos voluit finem nostrum,
ut dum incerti sumus quando
moriatur, semper ad mortem
parati inueniamur.

D. GREGORII.

Hofis antiqui fraud. *Li. 6 Mor.*
Diabolus quos viuētes blā- *cap. 21. ver.*
diens decipit, moriētes fauiens *16. no.*
rapit.

Perfecta vita mortis imitatio.

Qui considerat qualis erit in *Li. Mor. 13.*
morte, semper fit timidus in o- *cap. 15. ver. 1*
peratione: atq; vnde in oculis *10. no.*
suis iam quasi non viuit, inde
veraciter in oculis sui condi-
toris viuit. Nihil, quod trāseat,
appetit, cunctis præsētis vitæ
desideriis contradicit, & penē
mortuū se cōsiderat, quia mo-
riturū minimē ignorat. *Perfecta*
enim vita, est mortis imitatio;
quam dum iusti sollicitē pera-
gunt, culparū laqueos euadūt.
Vnde scriptū est: In omnibus *Eccli. 7*
operib; tuis memorare nouis-
sima tua, & in æternum non
peccabis.

V ij

Li. Mor. 18

cap. 7.

Dum corpus obdormiscit
in morte, tunc anima euigilat
in vera cognitione.

*Cacodamones quos viuentes pel-
licium ad vitia, morientes tra-*

Li. Mor. 18.

ca. 11. v. 6.

22. no.

Qui non vult agere bona,
que videt, deprehenditur inte-
ritus sui tempestate, quam non
videt: quia insidiator malignus
spiritus, qui viuentem quem
que accendit ad vitia, morien-
tem trahit ad tormenta.

Mortis hora cur nos lateat.

Hom. 16. su

Ezech. li. 2.

& sup. E-

rang. 13.

Esse nobis conditor noster
diem mortis nostrae incognitū
voluit, vt dum semper ignora-
tur, semper esse proximus cre-
datur: & tantō quis feruentior
sit in operatione, quantō & in-
certus est de vocatione.

Mors qualiter vincenda.

D. GREGORII.

Sic mors ipsa, cum venerit, Hom. 13. su
vincetur, si priusquam veniat, Euang.
semper timeatur.

*Mors iustorum bonis cedit ad
meritum, malis ad
tormentum.*

Mors iustorum bonis in ad- Ho. 35. sup.
iutorium est, malis in testimo- Euang.
nium: vt inde peruersi sine ex-
cusatione pereant, vnde electi
exemplum capiunt, vt viuant.

*Mori in dies discamus, quatenus
postmodum cum Christo
vivere valeamus.*

Non viuunt iustitiae, nisi qui In expla. 7.
moriuntur iniquitati. Sicut autem Psal. poen.
quod seminauimus, non viuifi-
catur, nisi moriatur prius: sic
qui mundo & concupiscentiis
eius non moritur, in fructu bo-
norum operum non multipli-
catur. Superest ergo vt mori-

V iij

ficemus membra nostra, quæ
sunt super terram, quatenus vi-
uificet nos author vitæ. Ad hoc
enim ipse mortuus est, & re-
surrexit, ut nos peccatis mor-
tui, iustitiæ viuamus.

DE MORTE CHRISTI

Caput LXXXIIII.

Ad peccatum mortis Christi

Lib. Mo. 3.

cap. II.

Nisi Adam primum per vo-
luntarium vitium in ani-
mæ mortem traxisset, Adam
secundus sine vitio in carnis
mortem voluntariam non ve-
nisset. Mediator etenim noster
plurimum pro semetipso non de-
buit, quia nullum culpæ cōta-
giū perpetravit. Sed si ipse in-
debitam mortem non suscipe-
ret, nunquam nos à debita mor-

te liberaret.

Christus cur mortem suscepit.

Redemptor noster suscepit Li. Mo. 14.
cap. 26. vet.
27. no.
mortem, ne mori timeremus.

Ostendit resurrectionē, vt nos
resurgere posse cōfidamus. Vn
de & eandem mortem non
plusquam triduanam esse vo-
luit: ne si in illo resurrectio dif-
ferretur, in nobis omni modo

desperaretur. Quod bene de
illo per Prophetam dicitur: De
torrēte in via bibet, propterea Psal. 109.

exaltabit caput. Quasi enim
de quodam flumine nostræ
passionis non in mansione bi-
bere, sed in via dignatus est:
quia mortem transitorie, id est,
ad triduum contigit, atque in
eā morte, quam cōtigit, nequa-
quam sicut nos, vsque ad finem
seculi remansit. Dum ergo die

tertio resurrexit, quid in eius corpore, id est, Ecclesia sequatur, ostendit.

DE MISERICORDIA

Cap. LXXXV.

Per nos cecidimus, misericordia

Dei ad meliora studia

resurgimus.

Lib. Mo. 8.
cap. 21. vet.
19. no.

Nisi misericordia Dei subueniat, qui per nos cecidimus, nostris resurgere virtutibus non valemus: qui ad abluendam culpam, quælibet humanæ actionis virtus infirma est, nisi hanc misericordia parentis foueat, & non iustitia rectè indicantis premat.

Psalm. 62.

Vnde rectè per Psalmistam dicitur: Melior est misericordia tua, super vitam: quia quælibet videatur innocens, apud

D. GREGORII.

districtum tamen iudicem, nostra nos vita non liberat, si ei reatus sui debitum misericordie benignitas non relaxat. Culpa nos voluntatis propriae semel strauit, sed poena culpae deterius quotidie deprimit. Ad amissam rectitudinem resurgere studiorum conatibus nitimur, sed meritorum pondere grauamur.

DE MULIERIBVS.

Cap. LXXXVI.

Mulier an filium pariat sine peccato.

Voluit immaculatus Dominus, ut homo sine macula nasceretur peccati, & absque vicio carnis delectationis humanae sobolis propagaretur successio. Et ideo ta-

In Eplan. 5.
Psal. poen.

FLORES

lem fecit Adam, vt absque peccato filios ederet, si in cōditoris obedientia perstitisset. Posset nāque fieri, vt sicut absque delectatione fructus suos terra germinat: ita sine peccato filiū mulier pareret. Et sicut ipse à Deo Adam purè conditus fuerat, ita homo hominem purè procrearet. Quod homini, cur esse incredibile videatur, cum apibus etiam hoc ipsum conferatur. Sed quia Domino suo obedire humana anima renuit, animæ imperio caro obtemperare contempsit. Nam & rebellis ei semper postmodum extitit, & aduersus eam, cuius ancilla fuerat, se in superbiam erexit. Plerunque autem vsque aded erigitur, vt ipsa dominæ suæ versa vice dominetur. Vn-

q. n. l. q. In
m. 10. 1. 1. 1. 1.



D. GREGORII.

de fit, vt in filiorum procrea-
tione per delectationē in pec-
catum incidat, & bonum opus
malè operando delinquat.

*Mulierem pręgnanti an Ecclesiam
liceat intrare.*

Si eadem hora, qua genuerit
mulier, actura gratias intrat In decre.
Ecclesiam, nullo peccati pon-
dere grauatur. Voluptas ete-
nim carnis, non dolor in culpa
est. In carnis autē cōmixtione
voluptas est, in prolis verò pro-
latione gemitus. Vnde & ipsi
primę matri omnium dicitur:
In doloribus paries. Si itaque
enixam mulierē prohibemus
Ecclesiam intrare, ipsam ei
pœnam suam in culpam depu-
tamus. Baptizari autem ve-
nixam mulierē, vel hoc quod
genuerit, si mortis periculo

vrgetur, vel ipsa hora eadem,
 qua gignit, vel hoc quod gigni
 tur, eadem, qua natum est, nul-
 lo modo prohibetur: quia sicut
 sancti mysterij gratia viuenti-
 bus atque discernentibus cum
 magna discretione prouidenda
 est, ita quibus mors imminet,
 sine ulla dilatione offerenda
 est: ne dum adhuc tempus ad
 præbendū redemptionis my-
 sterium quæritur, interuenien-
 te paululū mora, inueniri nō
 valeat, qui redimatur. Ad eius
 verò cōcubitum vir eius acce-
 dere non debet, quousque qui
 gignitur, ablaçtetur. Praua au-
 tem in cōiugatorum moribus
 consuetudo surrexit, vt mulie-
 res filios, quos gignunt, nutrire
 contemnant, eosque aliis mu-
 lieribus ad nutriendum tradāt.

D. GREGORII.

Quod videlicet ex sola causa
incontinentiæ, videtur inuen-
tum, quia dum se cōtinere no-
lunt, despiciunt lactare, quos
gignunt. Hæ itaque, quæ filios
suos ex praua consuetudine a-
liis ad nutriendum tradūt, nisi
purgationis tempus trāsierint,
viris suis nō debent admisceri,
quippe cū & sine partus cau-
sa, cū inconsuetis menstruis
detinentur, viris suis misceri
prohibeantur: ita vt morte lex
sacra feriat, si quis vir ad men-
struatam mulierem accedat.
Quæ tamen mulier dum ex
consuetudine mēstrua patitur,
prohiberi Ecclesiam intrare
non debet: quia ei naturæ su-
persuitas in culpam nō valet
imputari. Et per hoc, quod in-
uita patitur, iustum non est, vt

Math. 9.

ingressu Ecclesiæ priuatur. No-
uimus namque, quodd mulier,
quæ sanguinis fluxum patie-
batur, post tergum Domini ve-
niens, vestimenti eius simbriam
tetigit, atque statim ab ea sua
infirmetas recessit. Si ergo in
fluxu sanguinis posita lauda-
biliter potuit Domini vestime-
tum tangere, cur quæ sangui-
nis menstruum patitur, ei non
liceat Domini Ecclesiam in-
trare?

*Mulierem menstrua consuetudine
pollutam, ad diuina Christi
mysteria an liceat
accedere.*

Ibid. id de-
cret.

Bonarum mentium est et
iam ibi aliquo modo culpas
suas agnoscere, ubi culpa non
est: quia sæpe sine culpa agitur,
quod venit ex culpa. Menstrua

D. GREGORI.

enim consuetudo mulieribus
non aliqua culpa est, quia na-
turaliter accidit: sed tamen na-
tura ipsa ita vitata est, vt etiam
sine voluntatis studio videatur
esse polluta. Atque ideo fœmi-
næ, quæ cum semet ipsas consi-
derant in menstrua consuetu-
dine, ad sacramentum Domi-
nici corporis & sanguinis ac-
cedere non præsumunt, de sua
recta consideratione laudande
sunt. Dum verò percipiendi ex
religiosa vitæ consuetudine e-
iusdem mysterij amore rapiū-
tur, reprimendæ non sunt.

Coniugis complexu qui liberorum

gratia vitatur, non debet à

comunionione suspendi.

Si quis suam coniugem non
cupidine voluptatis captus, sed
solummodò liberorum crean-

FLORES

dorum gratia utitur, iste profecto de ingressu Ecclesiæ, seu de sumendo corporis dominici & sanguinis mysterio, suo est relinquendus iudicio: quia à nobis prohiberi non debet accipere, qui in igne positus, nescit ardere. Cùm verò non amor procreandæ sobolis, sed voluptas dominatur in opere commixtionis, habent coniuges etiam de sua cõmixtione, quod defleant.

DE MVRMURA-
tione. Cap. LXXXVII.

Ho. 19. sup.
Euang.

Cælum non datur murmurantibus.

Regnum cœlorum, nullus murmurās accipit, nullus qui accipit, murmurare potest.

Murmuratores dicuntur intrare in iudicium cum Deo.

Qui

D. GREGORII.

Qui contra conditoris flagella murmurat, quasi cum eo in iudiciū intrat. Dei namque accusat iudiciū, qui se æstimat iniuste percussus. Et quasi cū Deo in iudicio contendit, qui inter flagella innocentem se ostendit.

DE NOBILITATE.

Caput LXXXVIII.

Nonnullis solet nobilitas generis, parare ignobilitatem mentis. Lib. Dial. .
2. cap. 23.

DE OBEDIENTIA.

Caput LXXXIX.

Commendatio obedientie

in signis.

Sola virtus est obedientia, quæ virtutes cæteras menti inserit, insertasque custodit. Lib. Mor. .
35. cap. 12.
vet. 10. no.

X.

1. Reg. 15.

Vnde & primus homo præceptū, quod seruaret, accepit, cui se, si vellet obediens subdere, ad æternam beatitudinem sine labore perueniret. Hinc Samuel ait: Melior est obedientia quàm victimæ, & auscultare magis quàm offerre adipem arietū: quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere. Obedientia quippe victimis iure præponitur, quia per victimas aliena caro, per obedientiam verò volūtas propria mactatur. Tantò igitur quisque Deum citiùs placat, quantò ante oculos repressa arbitrij sui superbia, gladio præcepti se immolat. Quo cōtrā ariolandi peccatum inobedientia dicitur, vt quanta sit virtus

D. GREGORII.

obedientiæ, demonstratur. Si enim quasi ariolâdi peccatum est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere, sola est, quæ fidei meritum possidet, sine qua quisque infidelis esse conuincitur, etiam si fidelis esse videatur.

DE OCCVPATIO-
nemundi. Caput XC.

*Temporalibus quando
bene occupamur.*

Qui rebus tēporalibus occupantur tunc bene exteriora disponunt, cum sollicitē ad interiora refugiunt: cum nequaquam foris perturbationū strepitus diligunt, sed apud semetipsos intus in tranquillitatis sinu requiescunt.

Labor in acquirendo temporalia caducus

X ij

Li. Mor. 6.
cap. 6. vet
8. no.

FLORES.

Lib. Mo. 6.
cap. 5. vet.
7. no.

Grauis labor est, hanc ipsam
præsentis vitæ gloriam quære-
re, quæsitam quandoque per-
cipere, & perceptam cum om-
ni circumspectione custodire.
Grauis labor, hoc cum magna
fatigatione apprehendere, qđ
is qui apprehendit, nouerit diu
stare non posse.

*Mens desiderijs terrenis astuans,
in Dei amore non
solidatur.*

Lib. Mo. 8.
cap. 30. vet.
27. no.

Mens concupiscentijs exte-
riobus occupata, igne diuini
amoris non calet, & idcirco ad
supernum desiderium inflam-
mare auditores suos nequeunt
verba, quę frigido corde profe-
runtur. Neque enim res, quę in
seipsa non arserit, aliud accen-
dit.

D. GREGORII.

*Mens dum intempestiue ad
exteriora reflectitur,
à statu boni operis
eradicatur.*

Nisi prius cor longo studio, Lib. Mor.
& diuturna conuersatione in 12. cap 25.
desideriis cœlestibus conuale- vet. 23. no.
scat, cum ad exteriora agenda
refunditur, ab omni statu boni
operis eradicatur. Et dum ex-
terioribus actibus intempestiue
inuoluitur, ab omni nimirum
bona operatione siccatur.

*Mundi bona, non habita, in amo-
re sunt: & plerumque habi-
ta vilescunt.*

Qui pedes in rete mittit, nō Li. 14. Mor.
cum voluerit eiicit: sic qui in cap. 4. vet.
peccatis se deiicit, non mox vt 6. no.
voluerit, surgit: & qui in macu-
lis retis ambulat, gressus suos
ambulando implicat, & cum

X iij

FLORES.

expedire ad ambulandum nititur, ne ambulet, obligatur. Sæpe nâque contingit, vt quis huius mûdi delectatione persuasus, in eo ad honoris gloriâ pertingat, vt ad desideriorum suorum effectum perueniat, & peruenisse se ad hoc, quod expetit, lætetur. Sed quia bona mundi non habita, in amore sunt, & plerunque habita vilescunt, percipiendo discat, quàm sit vile, quod expetiit. Vnde reuocatus ad mentem exquirat, qualiter sine culpa fugiat, quod se cû culpa cõspicit adeptum: sed ipsa eum dignitas quæ implicauit tenet, & sine culpis aliis fugere non vallet hoc, ad quod sine culpis nõ peruenit.

D. GREGORII.

*Animus à mundanis curis
emundandus.*

Si non prius à secretioribus
cordis expellitur importuna
secularium multitudo curarū,
anima quæ intrinsecus iacet
mortua, non resurgit. Nā dum
se per innumeras cogitationes
spargit, ad cōsiderationem sui
sefe nullatenus colligit.

Li. Mo. 18.
cap. 28. vet.
25. no.

*Pastor Ecclesiæ terrenis negotiis
non debet vacare.*

Ecclesiæ pastor dum mun-
danis tumultib⁹ gaudet, inter-
na, quæ alios docere debuerat,
ignorat. Nulla quippe subdito-
rum mentes exhortatio suble-
uat, eorūque culpas incre-
patio nulla castigat: quia dum
per animarum præsulem terre-
ni exercetur officium iudicis, à
gregis custodia vacat cura pa-

Li. 2. Past.
curæ. ca. 7.

X iiij

storis: & subiecti veritatis lumen apprehendere nequeunt, quia dum pastoris sensus terrena studia occupant, vento tentationis impulsus Ecclesiæ oculos pulvis cæcat.

DE OPERIBVS DEI.

Cap. XCI.

Dei facta veneranda, non superbè inuestiganda.

Li. Mo. 9.
cap. 11. ver.
8. no.

AVthoris nostri facta semper indiscussa veneranda sunt, quia iniusta nequaquam esse possunt. Rationem quippe de occulto eius iudicio quære, nihil est aliud, quàm contra eius consilium superbire.

Lib. Dia. 1.
cap. 4.

Opus ex dono est, non donum ex opere, alioquin gratia iam nõ est gratia. Omne quippe opus dona præueniunt,

D. GREGORII.

quamuis ex subsequenti opere
ipsa etiam dona succrescant.

*Christus vitæ exemplum
appositissimum.*

Redemptor noster per mor Lib. Dia. 1.
tale corpus omne, quod egit, cap. 19.
hoc nobis in exemplum actio-
nis præbuit: ut prostrarum
virium modulo eius vestigia
sequentes, inoffenso pede o-
peris præsentis vitæ carpamus
viam.

DE ORATIONE.

Cap. XCII.

Oratio Deo placens quæ.

Ille Deo veram orationem Lib. Moiz.
exhibet, qui semetipsum, cap. 40.
quia pulvis sit, humiliter videt: 37. no.
qui nihil sibi virtutis tribuit,
qui bona, quæ agit, esse de mi-
sericordia cōditoris agnoscit.

FL O R E S

*Orationes in tribulationibus cur
interdum non exau-
diantur.*

Lib. Mo. 5. Omnipotens Deus sæpe e-
ca. 30. vet. ius precem in perturbatione
31. no. deserit, qui præcepta illius in
Prou. 28. tranquillitate cõtemnit. Vnde
scriptum est: Qui auertit aurẽ
suam, ne audiat legem, oratio
eius erit execrabilis.

Orandum etiam pro inimicis.

Lib. Mo. 9. Conditoris nostri auribus
cap. 13. vet. maximè illa oratio commen-
9. no. datur, quæ pro inimicis quoque
Luc. 6. intercedere nititur. Vnde &
per semetipsam veritas dicit:
Orate pro persequentibus &
calumniantibus vos.

*Iustitia nostra etiam prece
indiget.*

Lib. Mo. 9. Preci innitendum est etiam,
ca. 14. vet. cùm recta agimus, vt omne,
10. no.

D. GREGORII.

quod iustè viuimus, ex humili-
tate condiamus: quia (vt supe-
riùs diximus) omnis humana
iustitia, iniustitia esse conuin-
citur, si districtè iudicetur.

*Fiducia spei oratio frangitur, dum
memoria culpæ mordetur.*

Diffidit accipere posse, quod Li. Mo. 10.
appetit, qui reminiscitur nol- cap. 17. vet.
le se adhuc facere, quod diui- 11. no.
nitus audiuit. Hinc per Ioan- Ioan. 3. i
nem dicitur: Si cor nostrum nō
reprehenderit nos, fiduciam
habemus apud Deum, & quic-
quid petierimus, ab eo acci-
piemus. Hinc Salomō ait: Qui Prou. 28.
auertit aurem suam, ne au-
diat legem, oratio eius erit exe-
crabilis.

Cū malè gesta defleueris Ibid. Mor.
nequaquā rursus facias, quod 10. cap. 17.
in precibus iterum plangas.

FLORES

In oratione quæ postulanda.

Lib. Mo. 15

ca 20. vet.

vet. 27. no.

Cùm Deus in oratione non
quæritur, citiùs in oratione a-
nimus lassatur : quia cùm illa
quisque postulat, quæ fortasse
iuxta occultum iudiciũ Deus
tribuere recusat, ipse quoque
venit in fastidium, qui nõ vult
dare, quod amatur. Sed se ma-
gis Dominus, quàm ea, quæ
condidit vult amari : æterna
potiùs, quàm terrena postula-
ri, sicut scriptum est : Quærite
primum regnum Dei, & iusti-
tiam eius, & hæc omnia adii-
cientur vobis.

Math. 6.

*Mens in oratione ab immundis
cogitationibus arcenda.*

Lib. Mor.

16. cap. 20.

vet. 19. no.

Sæpe in ipso orationis sacri-
ficio importunè se cogitatio-
nes ingerunt, quæ hoc rapere
vel maculare valeant, quod in

D. GREGORII.

nobis Deo flētes immolam^{us}.

Vnde Abraham, cum ad occasum solis sacrificium offerret, Gen 15.
insistentes aues pertulit, quas studiosè, ne oblatum sacrificiū, raperent, abegit. Sic nos cum in ara cordis holocaustū Deo offerimus, ab immundis hoc volucris custodiamus, ne maligni spiritus, & peruersæ cogitationes rapiant, quod mens nostra offerre se Deo vtiliter sperat.

Cur orantes aliquando non exaudimur.

Clamorem eius angustiae tempore Deus non audit, qui tranquillitatis tempore, in preceptis eius ipsum clamātem non audit. Scriptum quippe est: Qui auertit aurem suam, ne audiat legem, oratio eius erit Li. Mo. 18. cap. 5. vet. 7. no. Prou. 28.

FLORES

execrabilis. Hinc etiam Prophet̃a ait. Quærite Dominum, dum inueniri potest, inuocate eum, dum propè est. Modò enim non videtur, & propè est: tunc videbitur, & propè non erit.

Li. Mor. 33.
ca. 27. vet.
21. no.

Sunt nonnulli qui prolixas ad Dominum preces habent, sed vitam deprecantium non habent: nam promissa cœlestia petitionibus sequuntur, operibus fugiunt. Hi nonnunquam etiam lachrymas in oratione percipiunt, sed cùm post orationis tempora eorum mētem superbia pulsauerit, ilico in fastu elationis intumescūt. Cùm auaritia instigat, mox per incēdia auidæ cogitationis exstuant. Quod apertè in Balaam ostenditur qui iustorum taber-

D. GREGORII.

macula conspiciens, ait: Moria-
tur anima mea, morte iustorū, Num. 23.
& fiant nouissima mea horum
similia. Sed cū compunctio-
nis tempus abscessit, cōtra eo-
rum vitam quibus se similem
fieri etiam moriendo poposce-
rat, consilium præbuit: & cū
occasione de auaritia reperit,
ilico oblitus est, quicquid sibi
de innocentia optauit. Virtutis
igitur pondus oratio non ha-
bet, quam nequaquam per-
seuerantia continui amoris
tehet.

*Orationis sacrificium quando est
Deo acceptabile.*

Libētius sacrificium oratio-
nis accipitur, quod in conspe-
ctu misericordis iudicis proxi-
mi dilectione conditur. Quod
tunc veraciter quisque cumu-

Li. Mo. 35.
cap. 8. vet.
7. no.

FLORES

lat, si hoc etiam pro aduersariis
impendat. Hinc est enim, quod
magistra veritas dicit: Orate
pro persequentibus, & calum-
niantibus vos.

Lib: Dial. 3
cap. 15.
Prou. 23.

Otiosi non sunt loquenda.

Os nostrum ab omnipoten-
ti Domino tantò minùs exau-
ditur in prece, quantò ampliùs
inquinatur stulta locutione,
quia sicut scriptum est: Qui a-
vertit aurem suam, ne audiat
legem, oratio eius erit exe-
crabilis.

Lib: Dial. 4
cap. 44.

Quid pro inimicis sit orandum.

Sancti pro inimicis suis orat
eo tempore, quo possunt ad
fructuosam pœnitentiam eorù
corda conuertere, atque ipsa
conuersione saluare. Quid e-
nim aliud pro inimicis oran-
dum est, nisi hoc, quòd Apo-
stolus

D. GREGORII.

Stolus ait: Vt det illis Deus pœnitentiam ad cognoscendum veritatem, & resipiscant à diaboli laqueis, à quo capti tenentur, ad ipsius voluntatem?

Pro inimico nihil postulat, Ho. 27. super Euang.
qui pro eo ex charitate non orat. Virtus ergò veræ orationis est celsitudo charitatis. Et tunc quisque, quod rectè petit, adipiscitur, cùm eius animus in petitione nec inimici odio fuscatur,

Benè operantes à Deo exaudiri merentur.

Illi à Domino exaudiri merentur, qui diuini zelo amoris accensi, omnia quæ possunt bona operantur. Nam qui peruersis actionibus assuerus, operibus iniquitatis inuigilat, nequaquam dignus est exaudi-

*In Expositio
5. Psal. pœnit.*

Y

Matth. 7.

tionem, cum orat. Hinc namque
per semetipsam veritas ait: Nō
omnis, qui dicit mihi, Domine,
Domine, intrabit in regnum
cœlorum. Si volumus igitur ut
ad aures Dei nostra perueniat
oratio, studeamus necesse est,
ut ab omni admixtione prauitatis
nostra mûdetur operatio,
ut possimus Deo cum Prophe-
ta dicere: Clamor meus ad te
veniat.

Oratio & precatio differunt.

Inter orationem & precatio-
nem hoc interest, quia oratio
pro virtute perseverantiæ, de-
precatio verò fit pro peccato-
rum impunitate.

*Religiosa petitio statim suum con-
sequi debet effectum.*

Li. Epist. 1.

cap. 52.

Religiosis desideriis facile
est præbere cōsensum, ut fide-

D. GREGORII.

lis deuotio celerem sortiatur
effectum. Nam sicut procul est
reiicienda petitio, cui ratio est
contraria: ita nimirū in his quæ
recta desiderantur, effectum
non conuenit denegare. Im-
plēda sunt ergò semper postu-
lantium desideria, quoties illa
poscuntur, quæ à ratione non
deuiant.

*Preces quando celerius suum conse-
quuntur effectum.*

Preces nostræ tātò celerius Lib. Epi. 5.
in dominicæ pietatis aures sub- cap. 19.
leuantur, quantò eas vicissim
pro nobis fusas charitatis ardor
exacuit.

Oratio dominica cur in

Missæ legatur.

Orationem Dominicam in Lib. Epi. 7.
Missæ idcirco mox post pre- cap. 6.
cem dicimus: quia mos Apo-

Y ij

FLORES

stolorum fuit, vt ad ipsam so-
lummodo orationem Domi-
nicam oblationis hostiam cō-
secrarent.

DE ODIO.

Caput XCIII.

Odium necat animam.

Li Mo. 10.
ca. 18. vet.
10. no.

Vitam animæ quælibet cul-
pa polluit, seruatus verò
contra proximum dolor oc-
cidit.

Lib. 2. Past.
cura. cap.

Correpti mens repente ad
odium proruit, cū hanc im-
moderata increpatio plus, quā
debit, addicit.

*Perfecto odio odisse aliquem
quid sit.*

Ibi. adm. I
23.

Inimicos Dei perfecto odio
odisse, est & quod facti sunt di-
ligere, & quod faciunt increpa-
re: mores prauorum premere,

D. GREGORII.

& vitæ prodesse.

*Via odio habeamus,
non homines.*

Hom. 37.

su. Euang.

Sic nimirum exhibere pro-
ximis nostris odij discretionē
debemus, vt in eis & diligamus
quod sunt, & habeamus odio,
quodd in Deo nobis itinere ob-
sistunt.

DE PARADISO

Caput XCIIII.

*In paradiso homo quali-
t. r. posuit.*

Li. 4. Mos.

ca. 30. vet.

26. no.

AD hoc in paradiso homo
positus fuerat, vt si se ad cō-
ditoris sui obedientiam vincu-
lis charitatis astringeret, ad cō-
lestem angelorum patriam quā-
doque sine carnis morte transi-
ret. Sic namque est immortalis
cōditus, vt tamē si peccaret, &

Y. iij.

FLORES

mori posset, & sic mortalis est
conditus, vt si nō peccaret, etiā
mori non posset: atque ex me-
rito liberi arbitrij beatitudinē
illius regionis attigeret, in qua
vel peccare, vel mori non pos-
set.

*Anima virtutibus deco-
rata, paradisus.*

In expof.
sup. Can.
Cant.

Quotquot sunt in Ecclesia
sancti, siue igne passionis ar-
deāt siue in pace Ecclesiæ quie-
scentes succrescant, sanctarum
virtutum odorem, tanquam pa-
radisum suauitatis deliciarum
construere in se, dum viuunt
non cessant.

DE PATIENTIA.

Caput XCV.

Verè patiens quis.

D. GREGORI

NUnquam est patientiæ vir Li. 11. Mo.
tus in prosperis. Ille autē cap. 19. vet.
verē est patiens, qui & aduersis 17. no.
atteritur, & tamen ab spei suæ
rectitudine non curuatur.

Sæpe diu tolerantur dammandi.

Sæpe diu diuina patientia to Li. Mo. 15.
lerat, quos ad supplicia præsci- cap. 27. vet.
ta condemnat: permittit flore- 35. no.
re, quos adhuc cernit deteriora
perpetrare.

*Nemo perfectus est, qui inter pro-
ximorum mala patiens
non est.*

Hi veraciter boni sunt, qui Lib. Mor.
in bonitate persistere etiam 20. cap. 29.
inter malos possunt. Nullus quip-
pe perfectus est, qui inter pro-
ximorum mala patiens non est.

Qui enim æquanimiter aliena
mala non tolerat, ipse sibi per
impatientiam testis est, quia à

Y iij

FLORES

boni plenitudine lōgè distat.
Abel quippe esse renuit, quem
Cain malitia non exercet.

*Patientiam qui deserit, ama-
bilem pacem amittit.*

Lib. Mor.
21. cap. 15.
vet. 16. no.
Galat. 9.
Luc. 21.

Qui patientiam seruare cō-
tēnit, socialē vitā citiùs per im-
patiētiam deserit. Neque enim
vnquam seruari concordia nisi
per solā patientiam valet. Hinc
enim Paulus ait: Inuicem o-
nera vestra portate, & sic adim-
plebitis legem Christi. Hinc
per semetipsam veritas dicit: In
patientia vestra possidebitis a-
nimas vestras. Sua enim bona
perdit opera, qui aliena mala
renuit perpeti.

*Doctrina hominis ex patien-
tia dignoscitur.*

Lib. 3. Past.

Scriptum est, Doctrina viri

D. GREGORII.

per patientiam noscitur. Tan-
tò ergò quisque minus osten-
ditur doctus, quantò minus cõ-
uincitur patiens. Neque enim
potest veraciter bona docen-
do impèdere, si viuendo nescit
æquanimiter aliena mala tole-
rare.

Patientia vera quæ.

Patientia vera est quæ & ip-
sum amat, quæ portat. Nam to-
lerare & odisse, non est virtus
mansuetudinis, sed velamētum
furoris.

*Inimicum tolerare & odisse, non
est virtus mansuetudinis, sed
velamentum furoris.*

Si quis illatas à proximo cõ-
tumelias tolerat, & mala obie-
cta tacitus portat, magna est
patientia, quam demonstrat, sed
dolorem in corde non habet, si

curæ. adm.
10.
Prou. 12.

Hom. 7. su.
Ezech.

Ho. 17. &
20. sup. E-
zech lib. 2.

FLORES

lucrari ad tranquillitatem mansuetudinis etiam ipsum, qui male excesserat, quærat. Nam patientiam exterius adhibens, intus dolorem tenet, nec amat eum, quem sustinet: quia patientia vera est, quæ & ipsum amat quem portat. Nam tolerare, sed odisse, non est virtus mansuetudinis, sed velamentum furoris. Cum verò conuersus quisque æternæ vitæ gaudia longinimè sperat, proximorum molestias cum charitate tollerat.

Deus patiens redditor dicitur.

Ho. 13. sup.
Euang.
Eccl. 5.

Altissimus patiens, ait sapiens redditor est. Patiens enim redditor dicitur, quia peccata hominum & patitur, & reddit. Nam quos diu, vt conuertantur, tolerat, non conuersos du-

D. GREGORII.

rius damnat.

*Animæ possessio in virtute
consistit patientia.*

In patientia vestra posside-
bitis animas vestras. Idcirco
possessio animæ in virtute pa-
tiētie ponitur, quia radix om-
niū cultōsq; virtutū patientia
est. Per patientiam verò possi-
demus animas nostras, qui dū
nobis ipsis dominari discimus,
hoc ipsum incipimus posside-
re, quod sumus. Patientia
verò est aliena mala æquanimi-
ter perpeti: contra eum quo-
que, qui mala irrogat, nullo dō-
lore morderi. Nam qui sic pro-
ximi mala portat, ut tamen ta-
citus doleat, & tempus dignæ
retributionis quærat, patien-
tiam non exhibet, sed osten-
dit. Scriptum quippe est: Cha-

Ho. 35. su.

Euang. &

in expla. 6.

Psal. pœn.

Luc. 21.

1. Cor. 13.

ritas patiens est, benigna est. Patiens namque est, ut aliena mala toleret: benigna verò est, ut ipso setiã, quos portat, amet. Hinc namque per semetipsam

Matth. 5.

veritas dicit: Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vós: orate pro persecutibus, & calumniantibus vos. Virtus itaque est coram hominibus aduersarios tolerare, sed virtus coram Deo, diligere: quia hoc solum Deus sacrificium accipit, quod ante eius oculos in altari boni operis flamma charitatis incendit.

Patientia ardua vincit.

Lib. Epist.

2. cap. 25.

Nouit patientia leuigare, quod graue est, & constantia superare quod sæuit. Animum ergo tuum aduersitas non deiciat, sed attendat. Audaciorẽ

D. GREGORII.

tē in omnibus vigor ostendat.
Nam vera documenta verita-
tis sunt, promptiorem in duris,
& fortiolem se quēquam quā-
doque in contrariis exhibere.

DE PRÆPOSITIS

& prælatis. Cap. XCVI.

*Præpositi mali corda subiecto-
rum subvertunt.*

Dum mali præpositi sunt
contra veritatem honore
exigunt, ab omni rectitudine
corda sequentium subvertunt.
Sæpe aliquid à maioribus di-
spensatoriè agitur, vel præci-
pitur, quod à minoribus error
putatur.

Li. Mo. 3.

cap. 26. vet.

20. no.

Lib. Mo. 5.

cap. 9. vet.

no. 10.

Mundus sit, alios mundare

qui capit.

Mundus ipse à vitiis esse de-
bet, qui curat aliena corrigere,

Li. Mor. 7.

ca. 24. vet.

16. no.

FLORES

vt terrena non cogitet, vt desiderijs infimis non succumbat: quatenus tantò perspicaciùs alijs fugienda videat, quātò hæc ipse per scientiam & vitam veriùs declinat: quia nequaquam

Lib. Mor. purè maculam in membro cõ-
7. cap. 24. siderat oculus, quem pultis gra-
vet. 16. no. uat: & superiectas sordes ter-
gere non valet manus, quæ lu-
tum tenet.

Homo homini cur præferatur.

Lib. Mor. Omnes homines natura æ-
21. cap. 11. quales genuit, sed variante me-
vet. 10. no. ritorum ordine, alios alijs oc-
cultâ dispensatio postposuit.
Ipsa verò diuersitas, quæ ac-
cessit ex vitio, diuino rectè di-
spensatur iudicio: vt quoniam
omnis homo iter vitæ æquè
non graditur, alter ab altero re-
gatur.

D. GREGORII.

Plerunque ducibus cadenti-
bus, latius succumbit exerci-
tus.

Lib. Mor.

14. cap. 19.

vet. 16. no.

Lib. Mor.

20. cap. 2.

vet. 3. no.

*Dispensatio regiminis qualiter ser-
uanda praelatis.*

Talis debet esse dispensatio
regiminis, ut is qui præest, ea
se circa subditos mensura mo-
deretur, quatenus & arridens
timeri debeat, & iratus amari:
ut eum nec nimia lætitia vilem
reddat, nec immoderata seue-
ritas odiosum. Sæpe enim sub-
iectos frāgimus, dum plūs iu-
sto vigorem iustitiæ tenemus.
Qui profectò vigor iam iusti-
tiæ non erit, si se sub iusto mo-
deramine non custodit. Et sæ-
pe à disciplinæ metu resolu-
mus subditos, si nostro regi-
mini hilaritatis frena relaxa-
mus: quia dum nos quasi licē-

FLORES

ter lætos aspiciūt, audacter ipsi
ad illicita resoluuntur.

*Disciplina qualiter subditis
moderanda.*

Ibid cap. 6
vet. 8. no

Disciplina vel misericordia
multū destituitur, si vna sine
altera teneatur. Sed circa sub-
ditos inesse rectoribus debet,
& iustè consolans misericor-
dia, & piè sœuiens disciplina.

*Regimen non debet suscipere, qui
nescit ceteros bene viuen-
do præire.*

Lib. Mor.
24. cap. 30.
vet. 15. no.

Non debet hominum duc-
tum suscipere, qui nescit homi-
nes bene viuendo præire: ne,
qui ad hoc eligitur, vt aliorum
culpæ corrigat, quod refecare
debit, ipse committat.

*Vitiis irascendum, non
hominibus.*

Vitiis se debent rectores e-
rigere,

D. GREGORII.

erigere, quorum & causa præ-
feruntur: & cum delinquentes
corrigit, sollicitè attendant,
vt per disciplinam culpas qui-
dem iure potestatis feriat, sed
per humilitatis custodiam æ-
quales se ipsis fratribus, qui cor-
riguntur, agnoscant.

Lib. Mor.
26. cap. 22.
vet. 19. no.

Ars artium est regimen ani-
marum.

Lib. 1. past.
curæ cap. 1.

*Maximè nocens in Ecclesia, præ-
latus impiè viuens.*

Nemo ampliùs nocet in Ec-
clesià, quàm qui peruersè agēs
nomen vel ordinem sanctita-
tis habet. Delinquentem nam-
que hunc nemo redarguere
præsumit, & in exemplum cul-
pa vehementer extenditur,
quando pro reuerentia ordinis
peccator honoratur. Hinc ve-
ritas ait: Qui scandalizauerit v-

Ibid. cap. 2.

Math. 18.

Z



num de pusillis istis, qui in me-
credunt, meli^{us} erat ei, vt ligaretur
mola asinaria in collo eius,
& proiiceretur in profundum
maris.

*Vita pascuis, sui norma
sui gregis.*

Lib. 2. past.

cura. ca. 1.

Tantum debet actionem
populi actio transcendere pre-
sulis, quantum distare solet a
grege vita pastoris.

*Sit praelatus discretus in silentio,
utilis in verbo.*

Ibid. ca. 4.

Sit rector discretus in silen-
tio, utilis in verbo: ne aut ta-
cenda proferat, aut proferenda
reticeat. Nam sicut incauta
locutio in errorem protrahit,
ita indiscretum silentium hos,
qui erudiri poterant in errore
derelinquit. Sape namque re-
ctores improvidi, humanam a-

D. GREGORII.

mittere gratiam formidantes,
loqui recta liberè pertimescunt,
& iuxta veritatis vocem, ve-
niente lupo fugiunt, dum se
sub silentio abscondunt.

*Summus locus quando benè
regatur.*

Summus locus benè regitur,
cùm is, qui præest, vitiis po- *Ibi. cap. 6.*
tius quàm fratribus domina-
tur.

*Prælati magis appetat amari,
quàm timeri.*

Curandum est, vt rectorem *Ibid. ca. 7.*
subditis & matrem pietas, &
patrè exhibeat disciplina. At-
que inter hæc sollicita circun-
spectione providendum, ne
aut districtio rigida, aut pietas
sit remissa. Nam disciplina vel
misericordia multum delin-
tui-

Z ij

FLORES

tur, si vna sine altera teneatur.
Sed erga subditos suos inesse
rektoribus debet & iuste con-
solans misericordia, & pie sa-
uiens disciplina.

*Exempla impia vite subditis
non præbenda.*

Lib. 3. past.
curæ, ad-
mon. 5.

Scire prælati debent, quia si
peruersa vnquam perpetrant,
tot mortibus digni sunt, quot
ad subditos suos perditionis
exempla transmittunt. Vnde
necesse est, vt tantò se cautius
à culpa custodiant, quantò per-
praua, quæ faciunt, non soli
moriuntur, sed aliorum anima-
rum, quas prauis exemplis de-
struxerunt, rei sunt.

Hom. 11.
sup. Ezech.
D. 1.

Subditi peccatum culpa esse
præpositi, si tacuerit, reputatur.

Humilitas quæ prælatum deceat.

Sic seruanda est virtus hu-

D. GREGORII.

militaris, vt non soluantur iura Lib. Epist.
regiminis: ne dū prælatus quis- 1. ca. 24.
que plus se, quàm decet, deiicit
subditorum vitam restringere
sub disciplinæ vinculo nō pos-
sit; & sic seruanda est disciplinæ
seueritas, ne dum plus, quàm ne-
cesse est zelus accenditur, man-
suetudo funditus amittatur.

Subiectorum culpa, præpo-
sitorum deprimit vitā: & cum Lib. 4. E.
in subiecto peccatum non cor- pist. ca. 23.
rigitur, in eos qui præsumt sen-
tentia retorquetur.

DE PRAECEPTIS DEI

Caput XCVII.

*Qui praecepta Dei negligit, oratio
eius execrabilis fit.*

Omnipotens Deus saepe e- Lib. Mo. 5.
ius precem in perturba- ca. 30. vet.
tione deserit, qui praecepta il- 31. no.
lus in tranquillitate contemnit.

Z iij

FLORES.

Prou. 18. Vnde scriptum est: Qui auertit
aurem suam, ne audiat legem,
oratio eius erit execrabilis.

*Initium perpetuæ securitatis, man-
datorum Dei observatio.*

Lib. Mo. 6. Quisquis ad vitæ præcepta
ca. 20. vet. se dirigit, priusquam præmia
36. no. æterna percipiat, hîc iam initia
securitatis in perpetuum secur-

ritatis degustat: vt antiquû ho-
stem non metuat, & interue-
niente mortis articulo, vio-
lentos eius impetus nullatenus
perhorrescat.

Li. Mo. 19. Omnes qui diuina præcepta
cap. 10. vet. metuunt, Dei tabernacula
9. no. fiunt.

DE PRAEDESTI-
natione, præscientia, & con-
silio Dei

Caput XCVIII.

D. GREGORII.

Deus nouit omnia, antequam

in re fiant.

Nulla quæ in hoc mundo
hominibus fiunt, absque
omnipotentis Dei cōcilio ve-
niunt. Nam cuncta Deus secu-
tura præsciens, antè secula de-
creuit, qualiter per secula dis-
ponatur. Nam etsi quindecim
annos Ezechiel regi ad vitam
addidit omnipotēs Deus, cum
eum mori permisit, tunc eum
præsciuit esse moriturū. Quæ
in re quæstio oritur, quomodo
ei per Prophetam dicatur. Dis-
pone domui tuæ, quia morieris
tu, & non uiues: cui cum mor-
tis sententia dicta est, protinus
ad eius lachrymas est. vita ad-
dita. Sed per Prophetam Do-
minus dixit, quo tempore mo-
ri ipse merebatur: per largitatē

Z iij

Li. 12. Mo.

cap. 1. ver.

2. no.

4. Reg. 20.

31. 016. 11

339. 0. 083

08. 0

31. 001

31. 016. 11

339. 0. 083

08. 0



FLORES

verò misericordiæ, illo eum
tempore ad mortem distulit,
quod ante secula ipse præciuit.
Deus mutat aliquando sententiam.
consilium verò eius im-
mobile manet.

Li. Mo. 16.
cap. 6. vet.
4. no.
Iob. 32.

Cùm tempus vitæ à diuina
nobis præscientia sit procul-
dubio præfixum, quærendum
valde est, quæ ratione Propheta
dicit: quod iniqui ex præsentī
seculo ante tempus proprium
subtrahantur. Omnipotēs enim
Deus etsi plerunque mutat sen-
tentiam, consilium nunquam.
Eo ergò tempore ex hac vita
quisque subtrahitur, ex quo di-
uina potentia ante tēpora præ-
scitur, &c.

Li. Mo. 28.
cap. 9. vet.
6. no.

Quicquid adhuc futurū est
in opere, intus iam factum est,
in diuina prædestinatione.

D. GREGORII.

Prædestinatio quomodo precibus inuenitur.

Obtineri nequaquam pos- I lib. Dia. 1.
sunt, quæ prædestinata nō fue- cap. 8.
runt: sed ea quæ sancti viri o-
rando efficiunt, ita prædestina-
ta sunt, vt precibus obtineātur.
Nam ipsa quoque perennis re-
gni prædestinatio, ita est ab
omnipotenti Deo disposita, vt
ad hoc electi pro labore perue-
niant, quatenus postulando
mereantur accipere, quod eis
omnipotens Deus ante secula
disposuit dare.

DE PERFECTIO-
ne hominis.

Caput XCIX.

*Homo nunquam in hac vita omni
ex parte perfectus.*

Ipsa hominis perfectio, culpa Lib. Mo. 1
non caret, nisi hanc seuerus cap. 8.

iudex in subtili lance examinis
misericorditer penset.

Verè perfectus quis.

Ibid. ca. 14.
vet. 13. no.

Ille verè fortis ac perfectus
est, qui erga imperfectionem
proximi impatiens non est.
Nam qui alienam imperfectionem
ferre non valens, patientiam
deserit, ipse sibi testis est,
quòd perfectè necdum profecit.
Hinc in Euangelio veritas
dicit: In patientia vestra possi-
debitis animas vestras. Quid
est enim animas possidere, nisi
perfectè in omnibus vivere,
cunctis mentis motibus ex vir-
tutis arce dominari!

Li. Mo. 5.
cap. 14.

Illi veraciter perfecti sunt,
qui amore supernæ patriæ, ad
cuncta præsentis vitæ aduersa
præparantur. Nam qui pro æ-

D. GREGORII.

ternis bonis mala hñc perpeti
metuunt, perfecti non sunt.

Tantò quisque perfectus est,
quantò perfectè sentit dolores
alienos.

Li. 19. Mo.
cap. 9. vet.
8. no.

Nullus perfectus est, qui in-
ter proximorum mala patiens
nò est. Qui enim æquanimiter
aliena mala non tolerat, ipse si-
bi per impatientiam testis est,
quia à boni plenitudine lon-
gè distat. Abel quippe esse
renuit, quem Cain malitia nò
exercet.

Li. Mo. 20.
cap. 29.

Vita semper renouanda.

Nescit mens per torporem
veterascere, quæ studet per de-
sideriũ semper inchoare. Hinc
namque per Paulum dicitur:
Renouamini spiritu mētis ve-
stræ. Hinc Psalmista, qui ad
perfectionis iam culmē perue-

Li. Mo. 22.
cap. 4. vet.
2. no.

nerat, quasi inchoans, dicebat:
Dixi, nunc cœpi: quia videli-
cet si lassescere ab inchoatis
bonis nolumus, valde necesse
est, vt inchoare nos quotidie
credamus.

DE PERSEVERANTIA.

Caput C.

*Non inchoasse, sed perfecisse
virtutis est.*

Lib. Mo. 1.
cap. vlt.

Ecc. 2.

In expof.
sup. Cant.
cantic.

Incassum bonum agitur, si
ante terminum vitæ defera-
tur: quia & frustra velociter cur-
rit, qui priusquam ad metas ve-
niat, deficit. Hinc est enī quod
de reprobis dicitur. Væ his qui
perdiderunt sustentiam.

Opus quod sancto deside-
rio incipi-ur, si constātia mētis
vsque ad finem non tenetur, si-
ne fructu habetur: quia imma-

D. GREGORII.

turè ab hoc, vnde processerat,
vacuatur. Ideoque Dominus
in Euangelio ait: Qui perseue-
rauerit vsque in finè, hic saluus
erit.

DE PECCATIS

Caput CI.

IN grauibus peccatis quis po-
situs, dū suis premitur, aliena
non diluit.

In præfat.
lib. Mo. ca.
6. ve. 3. ne.

Ad veniam citiùs redeunt,
qui ignorantia potiùs quàm ma-
litià peccauerunt.

Ibid. cap.
9. ve. 5. no.

*Non penitus bene agit, qui timore
pœnæ bene agit.*

Qui adhuc timore bona agit,
à malo penitus non recessit:
quia eo ipso peccat, quo pecca-
re vellet, si peccare inultè po-
uisset.

Lib. Mo. 1. 5.
cap. 27. ve.
12. no.

*Peccatum nullum Deus inul-
tum relaxat.*

FLORES

Li. Mor. 4. Nullum peccatum Dominus
cap. 21. ver. inultum relaxat, aut enim nos
17. no. hoc sciendo insequimur, aut ipse
iudicando reservat. Restat ergo
ut ad emendationem suam
semper mens solerter inuigilet.
In quo ergo sibi quisque misericorditer
subueniri desiderat, hoc necesse est, ut
confitens tergat.

Ibid. cap.
21. ver. 19.
no.

*Peccatum cum defenditur,
geminatur.*

Sunt nonnulli qui non solum
nequaquam desunt, quod faciunt,
sed vitam laudare & defendere non
desinunt. Et mirum, dum defenditur
culpa, geminatur. Contra quod recte
per quendam dicitur: Peccasti,
non adicias iterum. Peccatum
quippe peccato adiicit, qui male
gesta etiam defendit.

Eccl. 21.

D. GREGORII.

Ille culpam suam veraciter Li. Mor. 4.
insequitur, qui iam ad amorem cap. 23. vet.
præsens seculi nullo appetitu 19 no.
prosperitatis instigatur; qui hu-
ius mundi blandimenta, quam
sine fraudulenta considerat, fa-
uorésque eius quasi quasdam
persecutiones pensat.

Peccata minima cur bonis

Deus inesse sinat.

Ad hoc quædam minima vi Ibid. cap. 7.
tia nostra retinetur, ut sese no- 25. vet. 22.
stra intentio sollicitam in cer- no.
tamine semper exercent: & eò
de victoria non superbiat, quò
vivere in se hostes conspiciat, à
quibus adhuc vinci formidat.

Peccatum quatuor modis

inimici perpetratur.

Quatuor modis peccatum
perpetratur in corde, quatuor Ibid. cap. 7.
consummatur in opere. In cor. 27. vet. 25.
no.

FLORES

de namque suggestione, delectatione, consensu, & defensionis audacia perpetratur. Fit enim suggestio per aduersariū, delectatio per carnem, consensus per spiritum, defensionis audacia per elationem.

Peccatum quod timore pœna vitatur, ex timore est, non ex humilitate.

Ibid. cap.
28. ver. 25.
no.

Cū ex peccato præsens pœna metuitur, & amissa Dei facies non amatur, timor ex timore est, non ex humilitate. Superbit quippe, qui peccatū, si liceat nō puniri, non deserit.

Peccata inueterata debilius resistuntur.

Ibidem.

Peccator cū iā de iniquitate sua nō cōfunditur, in iniquitate eadē, etiā adminiculis pessimæ cōsuetudinis roboratur.

Cū

D. GREGORII.

Cum culpa in usum venerit, Ibidem.
ei iam animus, etiam si appetat,
debilius resistit: quia quot vi-
ribus prauæ frequentationis a-
stringitur, quasi tot vinculis ad
mentem ligatur.

Ignorantia veniam meretur. Lib. Mor.
Citius culpa dimittitur, quæ 10. cap. 9.
nequaquã malitiæ studio per- vet. 5. no.
petratur.

*Peccatores quod diutius toleran-
tur, eo seuerius in iudicio fu-
turo puniuntur.*

Deus peccata in die ultimo Lib. Mor.
iudicat, qui nunc peccantium 10. cap. ult.
derisiones portat. Et tantò tunc
durius distractionem exerit,
quantò nunc vocandis pecca-
toribus suam leuius patientiam
sternit. Qui enim diu conuer-
tendos expectat, non conuersos
sine retractatione cruciat.

A A

FLORES

Esai. 41.

Quod per Prophetam breuiter insinuat, dicens: Tacui, semper filui, patiens fui, sicut parturientes loquebar. Quia ergo per supernam gratiam vocationis tempus accipimus, dum adhuc licentia superest, eius iram, qui ubique est, mores in melius commutando, fugiamus. Solum quippe animaduersione illa non inuenit, quem correctio abscondit.

Li. Mo. 11.
cap. 19. ver.
17. no.

Sancti culpis suis hic non parcunt.

Sancti viri culpis suis nunquam sciunt parcere, ut possint culparum iudicem placatum inuenire. Nam qui sibi nunc in culpa parcat, ei postmodum in poena non parcat.

Distantia inter scelera & delicta.

Ibid. cap.
23.

Inter scelera & delicta hoc

D. GREGORII.

distat, quòd scelus etiam pondus peccati transit: delictum verò pondus peccati non transit: qua & cùm offerri sacrificium per legem iubetur, nimirum præcipitur, sicut pro peccato, ita etiam pro delicto. Et nonnunquam scelus in opere est, delictum verò plerūque in sola cogitatione. Vnde per Psalmistā dicitur: Delicta quis intelligit? Quia videlicet peccata operis tantò citiùs cognoscuntur, quātò exteriùs videntur: peccata verò cogitationis eò ad intelligendum difficilia sunt, quò inuisibiliter perpe-
trantur.

Qui semper diuinæ formidinis pondus aspicit, eius cordis faciem caligo peccati non operit.

Li. Mo. 16.

ca. 20. ver.

19. no.

AA ij

FLORES

Peccata nostra quando ad inferos ducimus.

Ibid. ca. 31.

vet. no. 28.

Iob. 24.

Et vsque ad inferos, ait B. Iob peccatum illius. Peccatum quippe vsque ad inferos ducitur, quod ante finem vitæ præsentis per correctionem ac pœnitentiam non emendatur. De quo videlicet peccato per Ioannem dicitur: Est peccatû ad mortem, non pro illo dico, vt roget quis. Peccatum namque ad mortem est peccatum vsque ad mortem: quia scilicet peccatum, quod hîc non corrigitur, eius venia frustra postulatur.

1. Ioan. 5.

*Flagellum tunc diluit culpam,
cum mutauerit vitam.*

Li. Mo. 18.

cap. 12. vet.

13. no.

Peccatorem quoties Deus feriêdo corrigit, ad hoc flagellum emittit, vt parcat. Cùm ve-

D. GREGORII.

rò eius vitam in peccato per-
manentem feriendo cōcludit,
flagellum omittit, sed nequa-
quam parcit. Nam cuius mores
non mutat, non expiat actio-
nes. Omnis ergò diuina percus-
sio, aut purgatio in nobis vitæ
præsens est, aut initium pœ-
næ sequentis.

*Bona nostra opera non nobis, sed
Deo adscribenda.*

Omne peccatum, quod ex
infirmirate est, spem nequaquā
perdit: quia à superno iudice
veniam requirit. Præsumptio
autem virtutis propriæ, tantò
gravius in desperatione est,
quantò longius ab humilitate.
Cùmque vires sibi tribuit o-
peris, ad adiutorium nō recur-
rit authoris: fitque, vt eò gra-
uius peccator pereat, quò &

AA iij.

Li. Mo. 22.
cap. 10. vct
5. no.



sum hoc, quia est peccator, ignorat: & authoris sui gratiam negare conuincitur, quisquis sibi tribuit, quod operatur.

Ibi. cap. 13.

vet. 9. no.

Vitatum humani generis vitium est, & latendo peccatū committere, & commissum negando abscondere, & conuictum defendendo multiplicare.

Indicia vere confessionis

quæ.

Ibid. cap.

14. vet. 10.

no.

Multos nouimus, qui arguente nullo, peccatores se esse confitentur: cum verò de culpa sua fuerint fortasse correpti, defensionis patrociniū quærunt, ne peccatores esse videantur.

Qui sit tunc, cum id sponte dicūt, peccatores se esse veraci humilitate cognoscerēt, cum arguuntur ab aliis, esse se, quod

D. GREGORI

confessi fuerāt, non negarent.
Qua in re iudicia verè confes-
sionis sunt, si cū quisque se
peccatorem dicit, id de se di-
cētī etiā alteri non cōtradicit.

Tantò apud Dominum o-
bligatiores sumus, quātò apud
homines inulti peccamus.

Li. Mo. 26.
cap. 22. vet.
19. no.

*A minimis vitiis ad maio-
ra prelabimur.*

In vnoquoque lapsu à mini-
mis semper incipitur, & succe-
ssentibus defectib⁹ ad granio-
ra peruenitur. Nunquam quip-
pe illic anima, quò ceciderit,
iacet: quia voluntariè semel la-
p̃sa, ad peiora pondere suæ ini-
quitatis impellitur, vt in pro-
fundū corruens, semper adhuc
profundiùs obruatur.

Li. Mor. 31.
cap. 12. vet.
9. no.

Non omnes culpæ pari ac-
cessu cor occupant. Sed dū ma-

Ibi. cap. 31.
vet. 17. no.

A A iij

iores & pauca neglectā mentē
præueniūt, maiores & innume-
ræ, ad illam se cateruatim fun-
dūt. Ipsa nāque vitiorū regina
superbia cū deuictū plenē
cor ceperit, mox illud septem
principalibus vitiis, quasi qui-
busdam suis ducibus deuastā-
dum tradit.

Peccator duobus modis à

Deo respicitur.

Li. Mor. 32.
cap. 6. vet.
7. no.
Luc. 22.
Psal. 33.

Duobus modis à Domino
peccator respicitur, cū aut à
peccato cōuertitur, aut ex pec-
cato punitur. De respectu e-
nim cōuersionis dicitur: Quia
respexit Dominus Petrum, &
recordatus Petrus verbi Iesu,
fleuit amarè. De respectu ultio-
nis rursus dicitur: Vultus autē
Domini super facientes mala
vt perdat de terra memoriā

D. GREGORII.

eorum.

Difficile & male inchoata Ibid. ca. 11.
corrigere, & semel formata de-
formiter, in melius reformare.

*Impij impios defendunt, & corre-
ptioni nullum locum re-
linquunt.*

Peccatores quique in quo si- Li. Mor. 33.
bi malè sunt consciij, in eo & ca. 5. vet. 4.
alium peccantem defendunt. no. & 33.
Quod hoc nimirum studio fa- vet.

ciunt, ne dum culpa, in qua &
ipsi obligati sunt, in aliis corri-
gitur, ad ipsos quandoque ve-
niatur: quia vitam suam præui-
dent impeti, vnde alios consi-
derant libera correctione con-
fundi: quare tantò maiora in-
crementa percipiunt, quantò
per defensionem potentium
diu multa tolerantur.

FLORES

Li.2. Past. Tantò apud Dominum o-
curæ, ca. 6. bligatiores sumus, quãtò apud
homines inultè peccamus.

*In minori aliquando deterius, quàm
in maiori culpa
peccatur.*

Lib.3. Past. Admonendi sunt, qui in mi-
curæ, adm. nimis frequenter excedunt, vt
34. sollicitè cõsiderent, quia non-
nũquã in parua deterius, quàm
in maiori culpa peccatur. Ma-
ior enim quò citiùs, quia fit
culpa, agnoscitur, eò etiam ce-
leriùs emendatur. Minor verò,
dum quasi nulla creditur, eò
peius, quò & securiùs in vsu re-
tinetur. Vnde fit plerunque, vt
mens assueta malis leuibus, nec
grauiora perhorrescat, atque
ad quandam authoritatem ne-
quitix per culpas nutrita per-
ueniat: & tantò in maioribus

D. GREGORII.

contēnat pertimescere, quantò
in minimis didicit non timen-
do peccare.

*Culpa dum non corrigitur,
augetur.*

Necesse est, vt peccātes quos-
que tunc consideremus am-
pliùs miseros, quando eos con-
spicimus sine flagello dereli-
ctos. Qui enim à Deo auerti-
tur & prosperatur, tantò perdi-
tioni fit proximus, quātò à ze-
lo disciplinæ inuenitur alien⁹.

Hom. 12. sa
Ezech. li. 1.

*Peccatum tripliciter com-
mittitur.*

Tribus modis peccatū ad-
mittitur, aut ignorantia incur-
ritur, aut infirmitate commit-
titur, aut studio perpetratur.
Ignorāter quidem Paulus pec-
cauerat, qui dicebat: Qui priùs
fui blasphemus & persecutor,

In expla. 3.
Psal. pœni.

sed misericordiam consecutus
sum, quia ignorans feci. Per in-
firmitatē verò Petrus cecidit,
quando mentis suæ ædificium
fidei fundamento titubante,
concussit. Et quia subire mor-
tem pertimuit, ad ostiariæ vo-
cem vitam negavit. Ex indu-
stria autem Iudæi peccauerūt,
qui eum, quem inaudita mira-
cula facientem videbant, exe-
crabilis inuidiæ facibus accen-
si, vt morti traderent, consiliū
quærebant.

*Peccatum nullum manet
inultum.*

In expla. 4.
Psal. poen.

Veritatem Dominus diligit,
quia sine ultione peccatum nō
deferit. Aut enim hoc homo in
se puniēs persequitur, aut post-
modum Deus districto exa-
mine vlciscitur. Siue ergo sit

D. GREGORII.

magna, siue parua iniquitas, nisi puniatur ab homine pœnitente, punietur à Deo iudicante, sicut per quendam sapientem dicitur: sciens quia nō parceres delinquenti. Delinquenti non parcitur, quia sine vindicta peccatum non relaxatur.

In damno expenditur, quicquid cū peccato congregatur.

○ Mihi credite, quia sicut experimento multorum didicimus in dāno expenditur, quicquid cū peccato congregatur. Si vultis igitur nihil iniuste perdere, summopere studete de iniustitia nihil habere. In terrenis etenim rebus semper causa damni est origo peccati.

Li. Epist. 9.
cap. 57.

Peccatum tribus modis impletur.

FLORES

In decret.
ad Aug. e-
pisc. Angl.

Tribus modis impletur om-
ne peccatum, videlicet sugge-
stione, delectatione, consensu.
Suggestio quippe fit per dia-
bolum, delectatio per carnem,
consensus per spiritum. Cùm
autem malignus spiritus pecca-
tum suggerit in mente, si nulla
peccati delectatio sequatur,
peccatū omnimodo perpetra-
tum non est. Cùm verò caro
delectari cœperit, tunc pecca-
tum incipit nasci. Si autem etiā
ad consensionem ex delibera-
tione descendit, tunc peccatū
cognoscitur perfecti. In sugge-
stione igitur peccati initium
est, in delectatione fit nutri-
mentum: in cōsensu perfectio.

DE POENITENTIA.

Caput CII.

D. GREGORII.

Pœnitentia diuinam placat iram.

A Maritudo præsentis pœnitentia, extinguit supplicia sequentis iræ.

Lib. Mo. 9.

cap. 33. ver.

23. no.

Ibidem 24.

no.

Pœna præsens illos solum à supplicio futuro liberat, quos immutat. Nam quos præsentia mala nō corrigūt, ad sequentia perducunt.

Quos ad pœnitentiam Deus diu expectat, non conuersos diuini damnat.

Quisquis delinquit, & uiuit: idcirco hunc diuina dispensatio in æquitate tolerat, vt ab iniquitate cōpescat. Sed qui diutius toleratur, nec tamē ab iniquitate compescitur, munus quidem supernæ patiētiae percipit, sed reatus sui vinculis ex ipso se munere arctius astringit.

Li. Mo. 17.

cap. 3. ver.

4. no.

FLORES

Rom. 2.

git. Nam quia accepta pœnitētiæ tempora diuertit ad culpam: districtus in vltimis iudex impensa argumenta misericordiæ conuertit ad pœnam. Hinc namque per Paulum dicitur: An ignoras quia patiētia Dei ad pœnitentiam te adducit? Tu autem secundum duritiam tuam, & cor impœnitens thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei.

*Peccator pœnitens nunquam à
Deo despicitur.*

Lib. 3. past.
curæ, ad-
mo. 29.
Lucæ 7.

Fit plerunque Deo gravior amore ardens vita post culpā, quam securitate torpens innocentia. Vnde & voce iudicis de Maria Magdalena dicitur: Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum: & Gaudium

D. GREGORII.

dium erit in cœlo super vno
peccatore pœnitente, magis
quàm super nonaginta nouem
iustis, quibus non opus est pœ-
nitentia.

Vita nostra ad tempus ama-
rescat in pœnitentia, ne æternâ
amaritudinem sentiat in vin-
dicta.

Hom. 2. su.
Euang.

Si retributionis gaudium in
peruentione quærimus, pœni-
tentia amaritudinē teneamus.

Ibidem.

*Magdalena pœnitentia fuit
perfecta.*

Cogitanti mihi de Mariæ
Magdalena pœnitentia, flere
magis libet, quàm aliquid di-
cere. Cuius enim vel faxeum
pectus, illæ huius peccatricis
lachrymæ ad exēplum pœni-
tendi non emolliant? Attulit,
inquit, alabastrum vnguenti,

Ho. 33. sup.
Euāgelia.

Luc. 7.

BB

& stans retrò secus pedes Iesu;
 lachrymis cœpit rigare pedes
 eius, & vngendo vngebat. Li-
 quet fratres, quòd illicitis acti-
 bus priùs mulier intenta, vn-
 guentum sibi pro odore suæ
 carnis adhibuit. Quod ergò si-
 bi turpiter exhibuerat, hoc iam
 Deo laudabiliter offerebat.
 Oculis terrena cōcupierat, sed
 hos iam per pœnitentiam con-
 terens flebat. Capillos ad com-
 positionem vultus exhibuerat,
 sed iam capillis lachrymas ter-
 gebat. Ore superba dixerat,
 sed pedes Domini osculans,
 hoc in redēptoris sui vestigia
 figebat. Quot ergò in se habuit
 oblectamenta, tot de se inuenit
 holocausta. Conuertit ad vir-
 tutum numerum, numerū cri-
 minum: vt totum seruiret Deo

D. GREGORII.

in pœnitentia, quicquid ex se
Deum contempserat in culpa.
Vnde nũc dicitur: Remittũtur
ei peccata multa, quia dilexit
multum: ac si apertè diceretur:
Ineēdit plenè peccati rubiginē
qui ardet validè per amoris i-
gnem. Tantò namque amplius
peccati rubigo consumitur,
quantò peccatoris cor magno
charitatis igne concrematur.

*Gaudium Angelorum de pecca-
tore pœnitente ineffa-
bile.*

Maius de peccatore cōuer-
so, quàm de stante iusto gau-
dium fit in cœlo: quia & dux
in prælio plũs eum militem di-
ligit, qui post fugam reuersus,
hostem fortiter premit: quàm
illum qui nunquam terga præ-
buit, & nunquam aliquid for-

Ho. 34. sũ.
Euangel.

BB ij



FLORES

titer gessit. Sic agricola illam
terram amplius amat, quæ post
spinas, vberes fruges profert,
quàm eam, quæ nunquam spi-
nas habuit, & nunquam ferti-
lem messem producit.

Pœnitentia diffinitio.

Ibidem.

Pœnitentiam agere, est &
perpetrata mala plangere, &
plangenda non perpetrare. Nā
qui sic alia deplorat, vt tamen
alia committat, adhuc pœni-
tentiam agere, aut dissimulat,
aut ignorat. Quid enim pro-
dest si peccata quis luxuriæ de-
flect, & tamen adhuc avaritiæ
æstibus anhelat? Aut quid pro-
dest, si iræ culpas iam lugeat, &
tamen adhuc inuidiæ facibus
tabescat? Sed minus est valde
quod dicimus, vt qui peccata
deplorat, plorando minimè cō

D. GREGORI.

mittat: & qui plangit vitia, per-
petrare vitia timeat. Nam co-
gitandum summopere est, vt
qui se illicita meminit commi-
sisse, à quibusdam etiam licitis
studeat abstinere: quatenus per
hoc conditori suo satisfaciat,
vt qui commisit prohibita, si-
bimet ipsi abscindere debeat e-
tiam concessa: & se reprehen-
dat in minimis, qui se meminit
in maximis deliquisse.

*Verè pœnitens tribunal iudicis
securus aspiciet.*

Tribunal iudicis æterni se-
curus aspiciet, quisquis reatus
sui conscius, digna eum modo
pœnitentia placare contendat.

Li. Epist. 3.

cap. 44.

Li. Epist. 9.

cap. 25.

Quisquis festinat euadere
distinctionem iudicij sequen-
tis, per amaritudinem pœnitē-
tiæ omnem sibi du lcedinem

BB iij

FLORES

interimat vitæ præsentis.

Pœnitentia quid.

Ibid. cap.
39.

Pœnitentiam verè agere, est
commissa flere, sed iterum
plangenda declinare.

DE POTENTIA.

siue potestate. Cap. CIII.

*Potentes poterit tormenta
patientur.*

Lib. Mor.
34. cap. vii.

Iudicium durissimum in his,
qui præsunt, fiet. Nam cui es-
se nunc iudicem libet, huic vi-
dere tunc iudicē non libet. Nu-
merari enim culpæ nequeunt,
quæ habendę potestatis amore
perpetrantur. Tunc solùm ve-
rò potestas bene geritur, cum
non amando, sed timendo reti-
netur. Quæ vt ministrari rectè
valeat, oportet primùm, vt hæc
non cupiditas, sed necessitas,

D. GREGORI

imponat. Potestas ergo cum
percipitur, non ex libidine amanda
est, sed ex loganimitate to-
leranda: ut inde tunc ad iudiciū
salubriter levis sit, unde nunc ad
ministerium patiēter grauis in-
notescit.

*Potentibus omnia quæ licent,
non semper expediunt.*

Sæpe hi, qui in potestate sunt
dum se à licitis retinere ne-
sciunt, ad illicita opera & in-
quieta dilabuntur. Solus enim
in illicitis non cadit, qui se ali-
quādo & à licitis cautè restrin-
git. Quæ videlicet cōstrictione
reliatum bene se Paulus insi-
nuat dicens: Omnia mihi licet,
sed non omnia expediunt.

Potentes subito è medio tolluntur.

Potentes huius mundi, dum
de potentiæ gloria extolluntur,

B.B. iiii

Lib. Mo. 5.
cap. 6. vct.
8. no.

1. Cor. 6.

FLORES

tur, hora, qua nesciunt, subito
rapiuntur: & dum pedes fixisse
credunt, casu lubrico ad ima
laci descendunt.

*Omne animi vitium tantò conspe-
ctius in se crimen habet, quantò
maior qui peccat, habetur.*

Lib. Mor. Anget reatum culpæ se-
18. cap. 19. quentis, præconiū gloriæ præ-
cedētis. Nā vniuscuiusque ca-
sus tantò maioris est criminis,
quantò priusquam caderet, ma-
ioris potuit esse virtutis.

Amica potestatis impatientia.

Lib. Mor. Plerunque qui præsumunt, quā-
20. cap. 28. tum prævalent agere, tantum
in sibi subditis æstimant licere.
Amica etenim potestati penè
semper impatientia est, eique
etiam malæ subiectæ imperat,
quia, quod ipsa sentit, potestas
exequitur.

D. GREGORII.

Quanto maiores sumus, tanto submissius nos geramus.

Potestas quantò exteriùs e-
minet, tanto premi interius de-
bet, ne cogitationem vincat,
ne in delectationem sui animū
rapiat, ne iam sub se mens eam
regere nō possit, cui se libidine
dominādi supponit. Benè Da-
uid regni potentiam regere
nouerat, qui elationē eiusdem
potentię semetipsum premen-
do vincebat, dicens: Domine
non est exaltatum cor meum.
Quique in eius humilitatis ar-
gumēto subiungit: neque elati
sunt oculi mei.

Lib. Mor.
26 ca. 23.
vet. 19. no.

Psal. 130.

Mens Dei nescia, tantò a-
trociùs ad quemlibet ambitum
ducitur, quantò nullo vel hu-
mane laudis amore refrenatur.

Lib. Mor.
33. cap. 39.
vet. 27. no.

Locus summus, quādo bene regatur.

Lib. 2. Past. Summus locus bene regitur,
 curæ, ca. 6. cū is qui præest, vitiis potiùs,
 quàm fratribus dominatur.

*Quando gradus altior, tantò
 casus periculosior.*

In Expla. 4 Tantò grauiùs quisque ca-
 Psal pœni. dit, quantò celsiùs & regni glo-
 ria & excellentia virtutum cæ-
 teris præeminet. Gloriæ nam-
 que præcedentis præconium,
 sequentis culpæ adauget rea-
 tum. Tantò enim quisque gra-
 uiùs corrui, quātò, antequam
 caderet, in conspectu Dei al-
 tiùs ascendit.

*Potestas summa quando
 bene exercetur.*

Lib. 1. Epist. Summus locus bene regitur,
 cap. 24. cū is, qui præest, vitiis po-
 tiùs, quàm fratribus domina-
 tur. Bene acceptā potestatem
 regit, qui & tenere illam nouit,

D. GREGORII.

& impugnare. Bene hanc regit,
qui scit per illam super culpas
erigi: scit cum illa cæteris in æ-
qualitate componi.

DE PROPHETIA.

Caput CIIII.

Prophetia tripliciter fit.

Trib⁹ nobis prophetia fit, In expla. 6.
videlicet verbis, factis aut Psal pœni.
somniais. Cuicūque enim pro-
phetæ futurum innotuit, aut
vrbis, aut factis, aut somniis
prophetauit. Verbis namque
futura prædixit Esaias, cū ait:
Ecce virgo concipiet, & pariet Esa. 7.
filium, & vocabitur nomē eius
Emanuel: Somniis verò Nabu-
chodonosor futura præuidit,
quæ spiritu sancto Daniel re-
pletus, enodauit: factis Abrahā
futura nuntiavit, quando vnicū
filiū suū ad sacrificia obtulit.

FLORES
DE PROSPERITA-
te mundi. Cap. CV.

Sancti in prosperitate timent.

Lib. Mo. 5.
cap. 1.

Sancti viri cum sibi supple-
re prospera huius mundi cō-
spiciunt, pauida suspicione tur-
bantur. Timent enim ne hīc
laborum suorum fructus reci-
pian: timent, ne quod diui-
na iustitia latens in eis vulnus
aspiciat: & exterioribus eos
muneribus cumulans, ab inti-
mis repellat.

Li. Mor. 6.
cap. 3. vet.
4. no.

Quasi per amœna prata in
carcerē peruenit, qui per præ-
sentis vitæ prospera ad interi-
tum tendit.

*Prosperitas amicos cumulat atque
retinet, aduersitas verò
dispergit.*

Lib. Mo. 7.
cap. 11. vet.
10. no.

Cū quis positus in prospe-
ritate diligitur, incertum val-

D. GREGORII.

de est utrūm prosperitas, an Eccles. 12.
persona diligatur. Amisio au-
tem felicitatis, interrogat vim
dilectionis. Vnde bene quidā
sapiens dicit: Non agnoscitur
in bonis amicus, & non absco-
ditur in malis inimicus.

In hac vita qui nulla pro- Lib. Mor.
spera appetit, nulla proculdu- 22. cap. 17.
bio aduersa pertimescit. vet. 12. no.

*In prosperis, aduersa ad memo-
riam reuocemus.*

Cū voluptas lubrica nos Lib. Mor.
tentat in prosperis, hæc ipsa 30. cap. 18.
sunt prospera aculeo tentatio- vet. no. 11.
nis opponenda, vt eo erubesca-
mus praua cōmittere quo nos
à Deo meminerimus gratui-
tō bona percepisse: & illatam
gratiam exteriorum munerum
vertamus in arma virtutum, vt
sint ante oculos, quæ percepi-

FLORES

mus, & quæ nos alliciunt, subigamus. Considerandum quippe est, ne acceptum munus vertamus in vitium: ne per fauorem vitæ nos absorbeat vorago nequitiae. Iram namque contra nos superni iudicis inextinguibiliter accendimus, si contra benignitatem illius ex ipsa sua largitate pugnamus.

*Aduersis non frangitur, qui
prosperis non ele-
uatur.*

Aduersa non deiiciunt,
quem prospera nulla corrumpunt.

Li. Mo. 31.
cap. 23. vet.
14. no.

*Prospera sunt me-
tuenda.*

Admonemur in Psalmis pro-
In Prolog. spera metuere, & contra om-
4. Psal. pœ. nem seculi felicitatem acrius

D. GREGORII.

vigilare. Sæpe namque præsentia gaudia, sequuntur perpetua lamenta. Sicut enim per fletus ad gaudia ducimur: ita per gaudia ad fletum peruenitur.

Ille nempe qui dixit. Beati qui lugent, quoniã ipsi consolabuntur, ipsemet ait: Væ vobis qui ridetis nunc, quia plorabitis, & flebitis.

Matth. 5.

Ioan. 16.

Prosperitas mentis oculos

claudit.

Sicut cordis oculos, flagella aperiunt: sic mentis aciem aliquoties successus prosperi re-
tundunt, adeò vt seipsam mēs cognoscere non valeat, quam prosperitas mundanæ oblectationis captiuat. Hinc namque Salomō ait: Aduersio paruulorum interficiet eos, & prosperitas stultorum perdet eos.

In expla. 5.

Psal. pœn.

FLORES
DE PURGATORIO.

Caput CVI.

*An post mortem ignis purga-
torius sit.*

Li. 4. Dial.
cap 39.

Matth. 12.

QValis hinc quisque egre-
ditur, talis in iudicio præ-
sentatur. Sed tamen de quibus-
dam leuibus culpis esse ante
iudiciū purgatorius ignis cre-
dendus est, pro eo quod veri-
tas dicit: Quia si quis in sancto
spiritu blasphemiam dixerit,
neque in hoc seculo remittetur
ei, neque in futuro. In qua sen-
tentia datur intelligi quasdam
culpas in hoc seculo, quasdam
verò in futuro posse laxari.
Quod enim de vno negatur,
consequens intellectus patet,
quia de quibusdam concedi-
tur. Sed tamen, vt prædixi, hoc
de paruis minimisque peccatis
fieri

D. GREGORII.

fieri posse credēdū est: sicut est
 assiduus otiosus sermo immo-
 deratus risus, vel peccatum cu-
 ræ rei familiaris, quæ vix sine
 culpa, vel ab ipsis agitur, qui
 culpam qualiter declinare de-
 beant, sciunt: aut in non graui-
 bus rebus error ignoratiæ, quæ
 cuncta etiam post mortem gra-
 uant, si adhuc in hac vita posi-
 tis minimè fuerint relaxata. Nā ^{1. Cor. 3.}
 cū Paulus dicat, Christum
 esse fundamentum: atque sub-
 iungit: Si quis superædificaue-
 rit super hoc fundamētum au-
 rum, argentum, lapides pretio-
 sos, ligna, scenum, stipulam, v-
 nius cuiusque opus, quale sit, i-
 gnis probabit: si cuius opus
 māserit, quod superædificabit,
 mercedem accipiet: si cuius o-
 pus arserit, detrimentum patie-

CC

FLORES

tur, ipse autem saluus erit, sic
tamen quasi per ignem. Quan-
uis hoc de igne tribulationis,
in hac vita nobis adhibito pos-
sit intelligi: tamen si quis hoc
de igne futuræ purgationis ac-
cipiat, non errabit. Pensandum
præterea sollicitè est, quia illū
per ignem dixit posse saluari,
non qui super hoc fundamen-
tum, ferrum, æs, vel plumbum
ædificat, id est, peccata maiora,
& idcirco duriora, atque tunc
iam insolubilia: sed lignum, scæ-
rum, stipulā, id est, peccata mi-
nora atque leuissima, quæ ignis
facile consumat. Hoc tamen
sciendum est, quia illic de mi-
nimis nihil quisque purgatio-
nis obtinebit, nisi bonis hoc a-
ctibus in hac adhuc vita posi-
t^{us}, ut illic obtineat, p^{er}mereatur.

D. GREGORII.

Ignis purgatorij est grauior omni tribulatione presentis seculi.

Scio futurum esse, vt post
huius vitæ exitum alij flammis
expientur purgatoriis, alij sententiam æternæ subeant damnationis. Sed quia illum transitorium ignem omni tribulatione æstimo præsentī intolerabiliorem, non solū in furore æternæ damnationis opto non argui, sed etiam in ira transeuntis timeo correptionis purgari.

In expla. 3^a

Psal. poen.

DE REGE.

Caput CVII.

Bonum in regibus summum quod.

Summum in regibus bonū
est iustitiam colore, ac sua
cuique iura seruare: & subiectis
non sinere, quod potestatis est.

Lib. 7. Epi.

cap. 120.

CC ij

FLORES

feri, sed quod æquum est, custodire.

DE REGNO.

Caput CVIII.

Regnum quando bene regatur.

Ibid. cap.
126.

Tunc regnum bene regitur
cū regnandi gloria animo
non dominatur.

DE RESVRRECTIONE
Christi. Cap. CIX.

Virga Leui, qua floruit, Christi resurrectionis typum habuit.

Lib. Mor.
14. cap. 29.
vet. 18. no.

Exemplo Christus monstravit, quod promisit in premio, ut sicut ipsum resurrexisset fideles agnoscerent, ita in seipsis in fine mundi resurrectionis premia sperarent. Ecce nos per mortem carnis usque ad finem mundi remanemus in pulvere: ille autem die tertia

D. GREGORII.

ab ariditate mortis viruit, vt di-
uinitatis suæ nobis potentiam
ipsa innouatione suæ carnis o-
stēderet. Quòd bene per Moy-
sen virgis duodecim in taber-
naculo positis demonstratur.
Nam cū Aaron sacerdotium,
qui de tribu Leui fuerat, despi-
ceretur, nec digna tribus, quæ
offerret holocausta, credere-
tur: duodecim virgæ iuxta
duodecim tribus in tabernacu-
lo poni præceptæ sunt: & ec-
ce virga Leui viruit, & quic-
quid virtutis in munere Aaron
haberet, ostendit. Quo videli-
cet signo quid innuitur, nisi
quòd omnes qui vsque ad fi-
nem mundi iacemus in morte,
quasi virgæ reliquæ in aridita-
te remanemus? Sed cūctis vir-
gis in ariditate remanentibus,

Num. 29.

CC iij

FLORES.

virga Levi ad florem rediit.
quia corpus Domini, veri scilicet sacerdotis nostri in mortis ariditate positum, in florem resurrectionis erupit. Quo flore Aaron rectè sacerdos esse cognoscitur: quia hac resurrectionis gloria redemptor noster, qui de tribu iuda & Levi ortus est, intercessor pro nobis esse monstratur. Ecce ergo iam virga Aaron post ariditatem floret, sed virgæ duodecim tribuum in ariditate remanent: quia iam quidem corpus Domini post mortē viuit, sed nostra adhuc corpora vsque ad finem mūdi à resurrectionis gloria differūtur. Vnde cautè hāc eādem dilationem beatus Iob intulit, dicens: Et in nouissimo die de terra surrecturus sum.

Iob. 19.

D. GREGORII.

*Mulier mortem intulit, & vitam
resurgentem nuntiavit.*

Mira dispensatione pietatis
Dei factum fuit, vt ex ore mu-
lieris in Christi resurrectione
nunciaretur vita: quia ex ore
mulieris mors fuerat in paradi-
so propinata.

Lib. Epi. 6.
cap. 22.

DE RESURRE-
ctione hominis.

Caput. CX.

*Resurrectio carnis quod futura sit,
ex parvis arborum seminibus,
quæ terra humoribus commen-
dantur, ostenditur.*

Sunt nonnulli, qui confide-
rantes, quod spiritus à carne
soluitur, quod caro in putredi-
nem vertitur, quod putredo in
puluerem redigitur, quod pul-
uis ita in elementa soluitur, vt

Li. Mo. 14.
cap. 30. vet.
28. no. &
hom. 26. su.
per. Euâg.

CC iij

FLORES

nequaquam ab humanis oculis videatur, resurrectionem fieri posse desperent: & dum arida ossa inspiciunt, hæc vestiri car-nibus, rursusque ad vitam vi-ridescere posse diffidant. Qui si resurrectionis fidem ex obe-dientia non tenent, certè hanc tenere ex ratione debuerant. Quid enim quotidie, nisi resur-rectionem nostram in elemen-tis suis mundus imitatur? Per quotidiana quippe momenta lux ipsa temporalis quasi mori-tur, dum superuenientibus no-ctis tenebris ea, quæ aspicieba-tur, subtrahitur: & quasi quoti-die resurgit, dum lux ablata o-culis, suppressa iterum nocte, reparatur. Per momēta quoque temporum, cernimus arbusta viriditatem foliorum amittere,

D. GREGORII.

à fructuum prolatione cessare:
& ecce subito quasi ex arescēti
ligno, velut quadam resurre-
ctione veniente videmus folia
erumpere, fructum grandescere,
& totam arborem rediuuo
decore vestiri. Indefinenter
cernimus parua arborū semi-
na, terræ humoribus commen-
dari: ex quibus non longè pōst
aspicimus magna arbusta sur-
gere, folia, pomaque proferre.
Consideremus ergò paruum
cuiuslibet arboris semen, quod
in terram iacitur, vt arbor ex
illo producat: & comprehē-
damus, si possumus, vbi in illa
tanta breuitate seminis tam im-
mensa arbor latuit, quæ ex illo
proceffit: vbi lignum, vbi cor-
tex, vbi viriditas foliorum, vbi
vbertas fructuum. Nunquid:

FLORES

nam in semine tale aliquid videbatur, cū in terram iaceretur? & tamen occulto rerum omniū opifice cūcta mirabiliter ordinante, & in mollitie feminis latuit asperitas corticis: & in teneritudine illius abscondita est fortitudo roboris: & in siccitate eius ubertas fructificationis. Quid ergo mirū, si tenuissimum pulverem, vel à nostris oculis in elementis redactum, cum vult, in hominē reformat, qui ex tenuissimis seminibus immensa arbusta redintegrat? Quia ergo rationales sumus conditi, spēs resurrectionis nostræ ex ipsa debemus rerum specie & contēplatione colligere. Sed quia in nobis sensus torpuit rationis, accessit in exemplū gratia redemptoris. Venit namque

D. GREGORII.

cōditor noster, suscepit mortē,
ostēdit resurrectionem: vt qui
resurrectionis spem ex ratio-
ne tenere nolumus, hanc ex e-
ius adiutorio & exemplo tene-
remus.

*Corpus nostrum post resurrectionem
quale sit futurum.*

In resurrectionis gloria erit
corpus nostrum subtile quidē
per effectum spiritalis potētiae,
sed palpabile per veritatem na-
turæ. Vnde etiam redemptor
noster dubitantibus de sua re-
surrectione discipulis ostendit
manus, & latus, palpanda ossa,
carnemq; præbuit, dicens: Pal-
pate & videte, quia spiritus car-
nem, & ossa nō habet, sicut me
videtis habere.

Christus primitiæ dormientium.

Li. Mo. 14.
cap. 31. ver.
29. no.

Luc. 24.

in expla 6.
Psal. pœni.
Rom. 6.

Multos ante Christi resurrectionem legimus resuscitados, & tamen dicit Apostolus: quia primitiæ dormientium Christus. Ioannes quoque primogenitum mortuorum eum nominat. Quotquot enim ante eum resurrexerūt, iterum mortui sunt. Christus verò resurgēs à mortuis, iam non moritur. Christi ergo resurrectio spei nostræ fundamentum est: quia in illa vita resurrecturos nos credimus in qua nos cum eo victuros sine fine speramus. Nec debet iam homo de resurrectionis veritate ambigere, cūm sciat verum hominē Christum à mortuis resurrexisse. Moriēdo mortem nostram destruxit, resurgēdo vitæ adiutū nobis patefecit.

D. GREGORII.
DE RISV ET

derisu. Cap. CXI.

Qui deridetur ab amico
quo (ait beatus Iob,) sicut
ego, inuocabit Deum, & exau-
diat eum. Quia illum facit hu-
mana derisio Deo proximum,
quem ab humanis prauitatibus
seruat alienum.

Li. Mo. 10.

cap. 27. vet.

15. no.

Iob. 12.

DE SACRA SCRI-
ptura Caput. CXII.

*Sacra scriptura omnibus se
ex aquo commodat.*

Diuinus sermo sicut myste-
riis prudentes exercet, sic
plerunque superficie simplices
refouet. Habet in publico vn-
de paruulos nutriat: seruat in se-
creto, vnde mentes sublimium
in admirationem suspendat.

In præfa.

ad Leâd in

expo. Lib.

Iob. cap. 4.

Quasi quidam quippe est flu-

FLORES

uius (vt ita dixerim,) planus
& altus: in quo & agnus am-
bulet, & elephas nateat. Vt ergò
vniuscuiusque loci opportu-
nitas postulat, ita se per studiũ
expositionis ordo immutat:
quatenus tanto veriùs sensum
diuinæ locutionis inueniat,
quantò, vt res quæque exege-
rit, se per causarum species al-
ternat.

Vita lectioni sacra occurrat.

Li. Mor. I.
cap. 25. ver.
10. no.

In nobismetipsis debemus
transformare, quod in sacris
scripturis legimus, vt cùm per
auditum se animus excitat, ad
operandum, quod audierat, vi-
ta concurrat.

*Scriptura sacra speculum
est mentis.*

Li. 2. Mor.
cap. 1.

Scriptura sacra mentis ocu-
lis quasi quoddam speculum

D. GREGORII.

opponitur, vt interna nostra facies in ipsa videatur. Ibi enim steda, ibi pulchra nostra cognoscimus. Ibi sentimus, quantum profecimus, ibi à profectu quàm longè distamus. &c.

*Legendi assiduitate percipitur
intellectus sacrae scripturae.*

Sacrae scripturae intelligentia, cum per cordis humilitatem quæritur, assiduitate legendi penetratur. Sicut enim ignotorum hominum facies cernimus, & corda nescim⁹, sed si familiari eis locutione cōiungimur, vsu colloquij eorum etiam cogitationes indagamus: ita cū in sacro eloquio sola historia aspicitur, nihil aliud quàm facies videtur: sed si huic assiduo vsu coniungimur, eius nimirum mentem quasi ex col

Li. Mor. 4.
cap. 1.

FLORES

lationis familiaritate penetra-
mus.

*Non est absoluta doctrina multa
cognoscere, sed cognita
custodire.*

Li. Mo. 22.
cap. 4. ver.
3. no.

Non est secura lætitia, in di-
uinis paginis vel fortia vel mul-
ta cognoscere, sed cognita cu-
stodire. Nam qui bene intelli-
git, quid intelligendo operari
debeat, agnoscit. Quātō enim
intellectu latiūs extenditur, tā-
tō ad explenda opera enixiūs
ligatur. Vnde in Euangelio ve-
ritas dicit: Cui multum datum
est, multum quæretur ab eo: &
cui commendauerūt multum,
plus repetent ab eo.

Luc. 12.

Neque enim absolutus est de-
bitor, qui multa reddit, sed qui
omnia: nec ad brauium victo-
riæ peruenit, qui in magna par-
te

D. GREGORII.

te spectaculi velociter currit, si
iuxta metas veniēs in hoc qđ
est reliquum, deficit.

*Similitudo de verbo Dei, &
aromatibus confusis.*

Verba Dei quasi pigmenta Li. Mo. 29.
cap. 4. v. 6.
6. no.
quādam nostri sunt adiutorij.
Et sicut pigmentum quantò
plus teritur, tantò plus in po-
culo eius virtus augetur: ita di-
uina eloquia quò magis expo-
nendo conterimus, eo audien-
tes amplius, quasi bibentes iu-
uamur.

*Indefessum sacra scriptura studium
quibus cordi esse debeat.*

Qui ad officium prædicato Li. 2. Past.
cur. ca. 11.
ris excubant, necesse est, vt à
sacrae lectionis studio nō rece-
dant: quia ignominiosum val-
de est, si tunc quærat discere,
cū questionem debet eno-

DD

dare.

De quibuscunque scriptu-
lis in scripturis consilium qua-
ritur, sine minoratione de om-
nibus ad plenum inuenitur.

In exposi-
cant. cant.

*Quod veteris testamenti scri-
ptura promissit, hoc noui
testamenti scriptura
exhibuit.*

Hom. 6. su.
Ezech.

Inest testamento veteri, te-
stamentum nouum: & quod ve-
tus promissit, hoc nouum exhi-
buit: & quod illud occulte de-
nuntiat, hoc istud exhibitum
aperte clamat. Prophetia
ergo testamenti noui testa-
mentum vetus est: & expositio
testamenti veteris, testamentum
nouum.

*Sacra scriptura ani-
ma est esca.*

Sicut carni vestrae, ne defi-

D. GREGORII.

iat, cibos quotidie præbetis, He. 4. sup.
Euang.
sic mentis vestræ quotidiana
alimēta bona sint opera. Cibo
corpus pascitur, pio opere spi-
ritus nutriatur. Quod moritu-
ræ carni tribuitis, victuræ in
perpetuum animæ non nege-
tis. Plus enim est verbi pabulo
victuram in perpetuum men-
tem reficere, quàm ventrem
morituræ carnis terreno pane
fatiare.

*Sacra scriptura omnibus sese ac-
commodat, & ad hoc simi-
litudo imprimis
elegans.*

Sicut ex vno auro alij mure- Li. Epist. 3.
cap. 62.
nulas, alij annulos, alij dextra-
lia ad ornamentum faciunt: ita
ex vna scripturæ scientia ex-
positores quique per innume-
ros intellectus, quasi varia or-

DD ij

FLORES

namenta componunt, quæ tamen omnia ad decorem cœlestis sponsæ proficiunt.

DE SACERDOTIBVS.

Caput CXIII.

Sacerdotis gloria.

Li. Mo. 11.
cap. 9.

1. Theff. 2.

Magna sacerdotis gloria est rectitudo subditorū. Vnde benè egregius prædicator discipulis dicit: Quæ enim est nostra spes aut gaudiū, aut corona gloriæ? nonne vos ante Dominum?

Sacerdotibus prædicandi auctoritas, quare interdum subtrahitur.

Ibid. Mor.
II. cap. 9.

Psalm. 49.

Cū sacerdos non agit bona, quæ loquitur, ei etiā sermo subtrahitur, ne loqui audeat, quod non operatur, sicut per Prophetam dicitur: Quare tu

D. GREGORII.

enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Vnde etiam deprecatur dicens: Et ne auferas de ore meo verbum veritatis usquequaque: ac si diceret: A bono opere errare me non sinas, ne dum amitto ordinem bene viuendi, rectitudinem perdam loquendi.

*Sacerdotalis dignitas omnium
maxima.*

Cum sacerdotalis dignitas Lib. Epist.
aliis videatur dignitatibus e- 7. cap. 17.
minere, ita quisquis ea ornatus
est, cunctis se imitandum debet
ostendere, ut exemplo sui nulli
nocere, sed vitam potius va-
leat componere subiectorum.
Nam si actus dissentiat à nomi-
ne, quanto pontificatus ipse
plus erigit, tanto magis ad-

DD iij

FLORES

dicūt. Nam satis noxium atque perniciosum est, vt imitatione ipsius, quæ ædificari debuerāt, destruantur.

Ruina populi, sacerdotes mali.

Li. Epist. 9.
cap. 64.

Causa sunt ruinae populi, sacerdotes mali. Quis enim pro populi se peccatis intercessor obiciat, si sacerdos qui exorare debuerat, grauiora committat?

DE SACRIFICIIS.

Caput CXIII.

Sacrificia hæreticorum Deo ingrata.

In præfat.
Mor. cap.
23. vet. 8.
20.

Hæreticorū sacrificia accepta Deo esse nequeūt, nisi pro eis vniuersalis Ecclesiæ manibus offerantur: vt eius meritis remedium salutis inueniant, quam verborum iaculis impugnando feriebant.

D. GREGORII.

Nullum est bonum quod fo-
ris agitur, si non prò intus ante
Dei oculos innocentiae victi-
ma in ara cordis immolatur.

Lib. Mo. 3

cap. 38. vet.

10. no.

*Oratio nostra quando fit Deo sa-
crificium acceptabile.*

Libentius sacrificium ora-
tionis accipitur, quod in cōspe-
ctu misericordis iudicis proxi-
mi dilectione conditur. Quod
tunc veraciter quisque cumu-
lat, si hoc etiam pro aduersariis
impendat.

Li. Mo. 35

cap. 2. vet.

7. no.

Sacra hostia defunctorum

animas iuuat.

Credendum est, sacram o-
blationem salutaris hostiae nō
solum viuentes adiuuare, ve-
rū etiam si culpæ post mor-
tem insolubiles non sunt, ani-
mabus mortuorū multū pro-
desse: ita ut hāc nonnunquam

Li. 4. Dial.

cap. 55. &

57.

DD iij

FLORES

ipse defunctorum animę expe-
tere à viuentibus videatur. Sed
sciendum est, quia illis sacrę vi-
ctimę mortuis prosunt, qui hic
uiuendo obtinuerunt, vt eos e-
tiam post mortē bona adiuuēt
quę hic pro ipsis ab aliis fiunt.

Ibid. cap.
60.

Audēter dico, quòd salutari
hostia post mortem non indi-
gebimus, si ante mortem Deo
ipsi hostia fuerimus.

Ho. 35. sup.
Euang.

Sacrificium Deo gratum quod.
Hoc solum Deus sacrificiū
accipit, quod ante eius oculos
in altari boni operis flāma cha-
ritatis incendit.

In explan.
4. Psal.
pœnit.

Sacrificium ingratum Deo quod.
Illorum sacrificium Deus
non accipit, qui lachrymis qui-
dem se compunctionis abluūt,
sed eisdem, à quibus antē mū-
dati esse videntur, peccatorum

D. GREGORII.

maculis, in idipsum reuertētes
sordescunt. De talibus scriptū
est: Qui baptizatur à mortuo,
& iterum tangit mortuū, quid
prodest lauatio eius? Ille quip-
pe lauatur à mortuo, qui per
pœnitentiam mundatur à pec-
cato. Quem si contigerit ea-
dem, quæ punierat, iterando
peccata committere, nihil con-
tulisse videtur adhibita satisfa-
ctionis laudatio: quem macula-
uit in honestius iterata facino-
ris turpitude.

Sacrificium Deo acceptabile,
est ipsum puro corde laudare.

In e. d. ex.

DE SECVRITATE

Caput CXV.

Securitas ad lapsum facilis.

SAepe, quem tentationis cer-
tamen superare non valuit,

Lib. Mo. 2.
cap. 37. vc.
27. no.

FLORES

sua deterius securitas strauit.

Securitas quibus labor.

Li. Mo. 10.
cap. 22. vet.
12. no.

Sicut malis præsens securitas labor est, ita bonis præsens labor perpetuam securitatem parit.

Securitas cordis maxima qua.

Li. Mo. 12.
cap. 14. vet.
10. no.

Magna est securitas cordis nihil concupiscentiæ habere secularis.

Securitas mater est negligentia.

Li. Mo. 24.
cap. 12. vet.
7. no.
Eccles. 2.

Mater negligentia solet esse securitas. Ne ergo securitas negligentiam generet, scriptum est: Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad temptationem. Non enim ait ad requiem sed temptationem: quia hostis noster adhuc in hac vita nos positos, quantum magis nos sibi rebellare conspicit, tantum

D. GREGORII.

amplius expugnare contendit.
Eos enim pulsare negligit,
quos quieto iure possidere se
sentit. Contra nos verò eò ve-
hementiùs incitatur, quò ex
corde nostro, quasi ex iure
propriæ habitationis expelli-
tur. Hoc enim in seipso Domi-
nus sub quadam dispensatione
figuravit, qui diabolum non
nisi post baptisma se tentare
permisit, vt signū nobis quod-
dam futuræ cōuersionis innue-
ret, quòd membra eius: post-
quam ad Deū proficerent, tunc
acriores tentationum insidias
tolerarent.

DE SENECTUTE.

Caput CXVI.

Seniores quando arguendi

à iunioribus.

FLORES

Li Epist. 7
ca. 1. Indic.
2.

1. Timo. 5.
Esa. 42.
Ibid. 65.

PRædicator omnipotentis
Dei Apostolus dicit: Senio-
rem ne increpaueris. Sed hæc
eius regula in eo seruanda est,
cùm culpa senioris exemplo
suo non trahit ad interitū cor-
da iuniorum. Vbi autem senior
iuuenibus exemplum ad inte-
ritum præbet, ibi districta in-
crepatione feriendus est. Nam
scriptum est. Laqueus iuue-
num omnes vos. Et rursus pro-
pheta dicit: Et peccator centū
annorum maledictus est.

DE SCIENTIA ET
Prudentia.

Caput CXVII.

Id quod scimus, à Deo accipimus.

Lib Mo. 2.
ca. 36. vet.
27. no.

ALiquādo, dum magna nos
scire gaudemus, repenti-
næ ignorantix cæcitate torpe-
scimus: sed quò ignorantia

D. GREGORII.

mentis oculus ad momentum
clauditur, eò pòst ad scientiam
verius aperitur: vt nimirum fla-
gello suæ cæcitat̃is eruditus,
scire ipsum, à quo habeat, sciat.

*Tantò quisquis stultior fit, quan-
tò conatur sapiens videri.*

Iniqua mens, dum esse sa- Li. Mo. 18.
piens carnaliter appetit, stul- cap. 27. vet.
tam se ad sp̃itualia ostendit. 25. no.
Nam, quia teste Paulo, Sapien- 1. Cor. 13.
tia huius mundi, stultitia est a-
pud Deum : Tantò quisquis
ampliùs intus stultus fit, quan-
tò conatur exteriùs sapiens vi-
deri.

Contemplari Dei sapien- Li. Mo. 27.
tiam non possunt, qui sibi sa- ca. 26. vet.
pientes videntur: quia tantò ab 27. no.
eius luce longè sunt, quantò
apud semetipsos humiles non
sunt: quia in eorum mentibus:

FLORES

dam tumor elationis crescit,
aciem contemplationis clau-
dit: & vnde se lucere præ cæte-
ris æstimât, inde se lumine ve-
ritatis priuant. Si igitur veraci-
ter sapientes esse, atque ipsam
sapientiam contemplari appe-
timus, stultos nos humiliter co-
gnoscamus. Relinquamus no-
xiam sapiētiam, discamus lau-
dabilem fatuitatē. Hinc quippe
scriptum est: Stulta mundi ele-
git Deus, vt confundat sapien-
tes.

1. Cor. 1.

*Vra sapientia hominis humili-
tas suæ æstimationis.*

Quia prima stultitia angeli,
Li. Mo. 28. elatio cordis fuit, veri sapien-
cap. 7. | vet. tia efficitur hominis, humilitas
3. no. suæ æstimationis. Quam quis-
quis vel magna sapiendo dese-
rit, eo ipso vehementer desipit,

D. GREGORII.

quo semetipsum nescit.

*Sapientia humana insipientia est,
si diuinā comparetur.*

Omnis humana sapientia,
quantolibet acumine polleat
diuinæ sapientiæ comparata,
nec iusta, nec pulchra, sed insi-
pientia est. Omnia enim huma-
na, quæ pulchra sunt, Dei iusti-
tiæ, & pulchritudini cōparata,
nec iusta, nec pulchra sunt, nec
omnino sunt.

*Scientia dum inflat etiam con-
cordiam dissipat.*

Sæpe dum quosdam maior
scientia erigit, à cæterorum so-
cietate disiungit: & quasi quod
plus sapiunt, eo à cōcordie vir-
tute desipiunt. Nō est ista sa-
pientia descendens desursum,
sed terrena, animalis, diabo-
lica.

Li. Mo. 35.
cap. 1. vet.
2. no.

Lib. 3. Past.
curæ, ad-
monit. 23.

FLORES
DE SIMPLICITATE
Caput CXVIII.

Lib. Mo. 1.
ca. 17. vet.
12. no.

Quisque æternam vitam
appetit, simplex & rectus
vivit: simplex videlicet opere,
rectus fide: simplex in bo-
nis, quæ inferius peragit, re-
ctus in summis, quæ in intimis
sentit.

*Nihil simplicitate & innocen-
tia cordis felicius.*

Li. Mo. 12.
ca. 19. vet.
21. no.

Nihil simplici corde felicius,
quia quod innocentiam erga al-
lio exhibet, nihil est, quod pa-
ti ab aliis formidet. Habet o-
nim quasi arcem quandam for-
titudinis simplicitatem suam.
Nec suspectus est pati, quod se
fecisse non meminit. Vnde
bene per Salomonem dicitur:

Pro. 14.

Secura mens, quasi iuge convi-
vium. Quasi enim continuatio
refectionis

D. GREGORII.

refectionis est, ipsa tranquillitas securitatis. At contrà mens praua semper est in laboribus, quia aut molitur mala quæ inferat, aut metuit, ne hæc sibi ab aliis inferatur. Et quicquid cōtra proximos excogitat, hoc cōtra se excogitari à proximis formidat. Fit vndique suspecta, vndique trepida.

DE SPE.

Caput CXIX.

Munitiones contra cacodæmonum insultus quæ.

Spes, fides & charitas, nō nostrā mœnia, sed munitiones sunt: quæ si habere negligimus, hostis insidiis patemur.

Inli spe interna in miseriis subsistunt.

Ille bene nouit in exteriori

EE

Lib. Mo. 11.
cap. 11. vet.
19. nō.

FLORES

Li. Mo. 13. bus miseriis subsistere, qui scie
cap. 3. semper de spe interna gau-
dere.

*Bona æterna desperans, in vitiis se
relaxat.*

Li. Mo. 31.
cap. 2.

Tantò se quisque in malis
præsentibus latius relaxat, quã-
tò posthanc vitam se assequi
bona æterna desperat.

DE SPIRITV

sancto. Caput CXX.

*Testimonium Spiritus sancti quidã
habeant.*

Li. Dial.
cap. 1.

MENS, quæ diuino spiritu
impletur, habet euidentis-
sima signa sua, virtutes scilicet,
& humilitatem quæ si vtraque
perfectè in vna mente conue-
niunt, liquet, quòd de præsen-
tia sancti Spiritus testimonium
ferat.

D. GREGORII.

Spiritus prophetia an semper in pro-
phetis.

Prophetiæ spiritus, prophe- Li. 2. Dial. 1.
tarum mentes non semper ir- cap. 21.
radiat, quia sicut de Spiritu san-
cto scriptum est: Vbi vult spi- Ioan. 3.
rat; Ita sciendum est, quia & 2. Reg 7.
quando vult, spirat. Hinc est e-
nim quodd Nathan à rege requi-
situs, si construere templū pos-
set, prius consensit, & postmo-
dum prohibuit. Hinc est quodd
Helisæus cū silentem mulie-
rem cerneret, causamque nesci-
sset, ad prohibentem hanc
puerū dicit: Dimitte eam, quia 4. Reg 4.
anima eius in amaritudine est,
& Dominus celauit à me, & nō
indicauit mihi. Quod omnipo-
tens Deus ex magnæ pietatis
dispensatione disponit: quia dū
prophetiæ spiritum aliquando

EE ij

FLORES

dat, & aliquando subtrahit, prophetantium mentes & eleuat in celsitudine, & custodit in humilitate: vt & accipiētes spiritū inueniant quid de deo sint, & rursus prophetiæ spiritum nō habentes, cognoscāt, quid sint de semetipsis.

Spiritum sanctū quare dedit Dominus semel in terra consistens, & semel in cælo præsidens.

Hom. 26. Accipite, ait, Spiritum sanctū, sup. Euāg. Quæredum nobis est, quid est, quod Spiritum sanctum Dominus noster & semel dedit in terra conspiciens, & semel cælo præsidens? neque enim alio in loco datus Spiritus sanctus apertè monstratur, nisi nunc cū per insufflationem percipitur: & postmodum cū de cælo veniens, in linguis va-

D. GREGORII.

riis demonstratur. Cur ergo prius in terra discipulis datur, postmodum de cœlo mittitur: nisi quia duo sunt præcepta charitatis, dilectio videlicet Dei & proximi? In terra datur Spiritus, ut diligatur proximus. E cœlo datur Spiritus, ut diligatur Deus. Sicut ergo una est charitas & duo præcepta: ita unus spiritus & duo data: prius à consistente Domino in terra, postmodum è cœlo: quia in proximi amore discitur, qualiter perueniri debeat ad amorè Dei.

*Spiritus Sancti mentem purgat,
quam replet.*

Quemadmodum corpus aqua
lauat à squaloribus sordium: ita
gratia sancti Spiritus animam
purgat à maculis peccatorum.

EE iij

In Expla. 4
Psal. pœn.

FLORES.

Spiritus Dei super humiles re-
quiescit.

In Expl. Nō receptaculū spiritus Dei
4. Psal. pœ. quisquam efficitur, nisi spiritu
suo primit^o euacuetur. Nā nec
requiescit spiritus Dei, nisi su-
per humilē, & quietum, & tre-
mentē sermones Dei. Denique
Psal. 118. qui tremit, deficit. Hīc prophe-
ta ait: Defecit in salutari tuo ani-
ma mea. Nisi enim quis à semet
ipso deficiat, ad eum, qui supra
ipsum est, nō appropinquat.

DE SPIRITU HO-
minis. Caput CXXI.

Triplex spiritus à Deo creatus.

Lib. Dial. **T**Res vitales spiritus creauit
4. cap. 3. **O**mnipotens Deus: Vnum
qui carne non tegitur: Aliū, qui
carne tegitur, sed non cum car-
ne moritur: Tertium qui carne
tegitur, & cum carne moritur.

D. GREGORII.

Spiritus namque est, qui carne
nō tegitur, angelorum: spiritus,
qui carne tegitur, sed cum car-
ne non moritur, hominum spi-
ritus, qui carne tegitur, & cum
carne moritur, iumentorum,
omniumque brutorum ani-
malium. Homo itaque sicut in
medio creatus est, vt esset infe-
rior angelo, superior iumento:
ita aliquid habet commune
cum summo, aliquid commu-
ne cum infimo, immortalita-
tem scilicet spiritus cum ange-
lo, mortalitatem verò carnis cū
iumento: quousque & ipsam
mortalitatem carnis, gloria re-
surrectionis absorbeat, & inhe-
rendo spiritui, caro seruetur in
perpetuum: quia & ipse spiritus
inherendo carni, seruetur in
Deum.

E. E. iiii

FLORES

Spiritum innouare quid sit.

In Expla. 4
Pfal. poem.

Hæc est spiritus recti innouatio, vt omnem mundi gloria mente despicias: mentem medullitus in conditoris tui amore infigas: illatis contumeliis, patientiam custodias, & custodita patientia dolorem à corde repellas: omnibus te per humilitatem inferiorem deputes: de morte inimici nullatenus exultes: aliena non ambias: propria egentibus distribuas: amicum in Deo, & inimicum propter Deum diligas: in afflictione proximi te ipsum per compassionem affligas. Hæc quidẽ est illa spiritus innouatio quã persuadet Apostolus, dicens:

Ephes. 4.

Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui secundum Deum cres-

D. GREGORII.

tus est, in iustitia & sanctitate
veritatis . Ad veterem autem
hominem attinet, mundi hu-
ius gloriam concupiscere, ani-
mum à Deo auertere, patientiã
non seruare, opportunitatem
vindictæ exquirere, meliorib⁹
quibusque despectis, superbire
aliena diripere , propria reti-
nere, nullum propter Deum di-
ligere, de inimici morte gaude-
re. Hæc autẽ omnia ille respuit,
qui Deum induit, quiq̃ue in
nouitate vitæ ambulare contẽ-
dit.

DE SOMNIO.

Caput CXXII.

*Somnia sex modis tangunt
animum.*

Somnia sex modis tangunt
animum. Aliquando namq̃

FLORES

Lib. Mo. 8. somnia vētris plenitudine vel
 cap. 18. vet. inanitate, aliquando verò illu-
 13. no. & 4. sione, aliquando cogitatione
 Dialog. ca. simul & illusione, aliquando
 48. reuelatione, aliquando autem
 cogitatione simul & reuelatio-
 ne generantur. Sed nimi-
 rum cū somnia tot rerū qua-
 litatibus alternent, tātō eis cre-
 di difficilius debet, quantō &
 ex quo impulsu veniant, faci-
 lius nō elucet. Vide de hac ma-
 teria ad longū li. 4. Dial. ca. 48.

DE SVBDITIS.

Caput CXXIII.

Lib. Mo. 5. Saepe aliquid à maioribus
 cap. 9. vet. dispensatoriè agitur vel prae-
 10. no. cipitur, quod à minorib' error
 putatur.

*Rectitudo subditorum gloria
 praelatorum.*

D. GREGORII.

Magna sacerdotis gloria est, Lib. Mor.
rectitudo subditorum. Vnde 11. cap. 9.
bene egregius prædicator dis- 1. Thess. 2.
cipulis dicit: Quæ enim est no-
stra spes, aut gaudium, aut co-
rona gloriæ, nōne vos ante
Dominum?

Iudicare de subditis dignè
nequeunt, qui in subditorum Ho. 16. su.
caulis sua vel odia vel gratiam Euang.
sequuntur.

*Subditi erga prælatos non se
erigant.*

Servorum Dei humilitas in
afflictionis tempore debet ap-
parere. Qui verò se cōtra præ-
positos suos erigunt, profectò
ostendunt, quia serui dei esse
contemnūt. Non enim grande
est iis, nos esse humiles, à qui-
bus honoramur: quia & hoc se-
culares quilibet faciūt. Sed il

Li. Epist. 14
cap. 24.



FLORES

lis maximè humiles esse debemus, à quibus aliqua patimur.
 Psal. 9. Nā Psalmista dicit: Vide humilitatem meā de inimicis meis.
 Nos cuius vitæ sumus, qui humiles esse etiam patribus nolumus?

Subditi non faciliè prelatos accusent.

Lib. Epist. Admonendi sunt subditi, ne
 12. cap. 31. cū culpās præpositorū suorum considerāt, contra eos audaciores fiant. Sed sic eorum praua apud semetipsos considerent, ut diuino timore constructi, ferre sub eis iugum reuerentiæ non recusent: quoniā facta suorum episcoporum vel præpositorum oris gladio non sunt ferienda, etiam cū rectè reprehendenda videntur: nec eos criminari, vel accusare

D. GREGORII.

præsumant, quia cum in præpo-
sitos delinquimus, eius ordi-
nationi, qui nobis eos prætulit,
obuiamus. Vnde Moyſes dum Exod. 16.
contra ſe & Aaron conqueri
populum cognouiſſet, ait: Nos
enim quid ſumus? nec contra
nos eſt murmur veſtrum, ſed
contra Deum.

Disciplina ſubditis moderanda.

Sic nos ſubditis tenere diſci-
plinam debemus, ſicut boni pa-
tres carnalibus filiis ſolêt: quos
& pro culpis verberibus fe-
riunt, & tamen ipſos, quos do-
loribus affligunt, habere here-
des quærunt: & quæ poſſident,
ipſis ſeruant, quos irati inſequi
videntur.

Ex decre-
tis Greg.

DE SVPERBIA.

Cap. CXXIII.

FLORES

Superbus se contra omnes erigit.

Li. Mo. 14.
cap. 28. vet.
26. no.

Superbia & vana gloria habent hoc proprium, vt eum quē infecerint, in cogitatione sua super cæteros homines extollant: & modò per ambitum rerum, modò per desiderium dignitatum, quem semel captū tenuerint, quasi in honoris altitudinem eleuent.

Humilis doctrina superbis est onerosa.

Li. Mor. 19.
ca. 17. vet.
21. no.

Superbis mentibus pondus graue est oneris doctrina humilitatis.

Superbus propria superbia confunditur.

Quandò quis hic amplius erigitur, tãtò curis grauioribus oneratur: eisque ipsis populis mente & cogitatione supponitur quibus superponitur digni-

D. GREGORII.

tate. Et bene his verbis ac bre-
uiter indicatur, quia omnis su-
perbia eo ipso in imo iacet quo
in alta se erigit: & inde magis
cūctis supposita est, vnde cun-
ctis expetit superesse: homo
quippe in sublimibus subleua-
tus, tātō super se sustinet quā-
tos suppositos regit, tantōque
facilius vitiis premitur, quantō
maioribus curis grauatur.

*Immēsa superbia est à seniore
velle venerari.*

Immēsa superbia est, à senio- Lib. Mor.
re sibi reuerentiam exigere, & 24. cap. 19.
silentium imperare meliori se, vet. 7. no.

Superbia excacat.

Superbi dum minora incau- Ibid. cap.
tē negligunt, ad maiora perni- 28. vet. 13.
ciosē prorumpunt. Vnde vitiū no.
superbiæ ab ipsa mox radice
secandum est, vt cū latentor

FLORES

oritur, tunc vigilanter abscin-
datur, ne prouectu vigeat, ne
vsu roboretur. Difficile enim
in se quisque inueteratam su-
perbiam deprehendit: quia ni-
mirum hoc vitium quantò ma-
gis patimur, tantò minùs vide-
mus. Sic quippe in mente su-
perbia, sicut in oculis caligo
generatur. Quò se hæc latius
dilatat, eò vehementiùs lumen
angustat.

*Alia quacunque iniquitas in ma-
lis operibus exercetur vt fiant: su-
perbia vñ etiam bonis operi-
bus insidiatur, vt pereant.*

Lib. Mor. 34. cap. 18. Alia vitia eas solummodò
virtutes impetunt, quibus ipsa
destruuntur: vt videlicet ira pa-
tientiam: gastrimargia absti-
nentiam, libido continentiam
expugnet. Superbia autem ne-
quaquam

D. GREGORII.

quaquam vnius virtutis extinctione contenta, contra cuncta animæ mēbra se erigit, vt quasi generalis, ac pestifer morbus: corpus omne corrumpit: vt quicquid illa inuadente agitur, etiam si esse virtus ostenditur, non per hoc Deo, sed solivane gloriæ seruiatur. Quasi enim tyrannus quidam obsessam ciuitatem intercipit, cum mētem superbia corrumpit: & quò ditiores quæque ceperit, eò in Dominio durior exurgit: quia quò amplius res virtutis sine humilitate agitur, eò latius ista dominatur.

Qui in imis superbit, in culmine humilitatem discere nescit.

Nequaquam valet in culmine humilitatē discere, qui in imis positus, non desinit superbire.

Li. i. Past.

curæ, ca. 9.

FFF

FLORES
DE STULTIS ET
Stultitia. Cap. CXXV.

*Stultus si tacuerit, sapiens
reputabitur.*

Li. Mo. II.
cap. 15. vet.
13. no.

Sicut clausa ianua, in domo,
quæ intus membra lateant,
ignoratur: sic plerûque stultus
si tacuerit, vtrum sapiens sit,
an stultus, absconditur: si tamen
nulla alia opera prodeant, quæ
sensem etiam tacentis loquan-
tur.

*Stulti dum aliena acta studio
maximo discutunt, sua
discutere nesciunt.*

Ibid. ca. 15.
& 16. vet.
13. no.

Stulti dum prudentium facta
conspiciunt, hæc eis omnia re-
prehensibilia esse videtur, suæ-
que imperitiæ atque infirmita-
tis obliti, tantò intentiùs de a-
lienis iudicant, quântò sua pro-
fundius ignorant. At contra

D. GREGORII.

iusti, cū prauorum facta re-
darguunt, semper suæ infirmi-
tatis conscij, eos etsi exteriùs
sæuiendo, tamen interiùs com-
patiēdo reprehendunt: quia
illius solius est peccata homi-
num sine compassione discu-
tere, qui ex naturæ suæ omni-
potentia ignorat peccare.

DE TACITVRNITATE.

Cap. CXXVI.

*Lingua duobus modis
delinquitur.*

DVobis modis labijs delin-
quimus, cū aut iniusta
dicimus, aut iusta reticemus.
Nam si aliquādo & tacere cul-
pa non esset, propheta non di-
ceret: Væ mihi, quia tacui.

Loquendi censura.

Qui loquendi custodiam ne-

FF ij

Lib. Mo. 3.
cap. 7. ver.
8. no.
Esa. 6.

Lib. Mo. 3.
cap. 7. ver.
8. no.
Esa. 6.



FLORES.

gligit, interdum vsque ad afflicti contumelias excedit.

Tria hominum genera.

Lib. Mo. 5. Tria sunt hominum genera,
cap. 12. vet. quæ gradatim ductis à se quar-
11. no. litatibus, dissident. Sunt nam-
que alij, qui & ad loquendum
praua concipiunt, & à locutio-
ne sua nulla silentij grauitate
refrenantur. Et sunt alij, qui cū
praua concipiunt, magno se si-
lentij vigore restringunt. Et
sunt nonnulli, qui virtutum v-
su roborati, vsque ad eam cel-
situdinem prouehuntur, vt ad
loquendum ne in corde quidē
peruerfa concipiant, quæ si-
lentio comescant.

Lib. Mo. 7. Mens multiloquio vacans, patet
cap. 25. vet. cacodæmonibus.
17. no. Sicut vrbs patens, ait sapiēs,
Prou. 25. & absque murorum ambitu.

D. GREGORII.

ita vir, qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum. Quia enim murum silentij non habet, patet inimici iaculis ciuitas mentis: & cum se per verba extra semetipsam eiicit, apertam se aduersario ostendit: quam tantò ille sine labore superat, quantò & hæc eadem, quæ vincitur, contra semetipsam per multiloquiū pugnat.

*Authores mortis vita aliena
sunt, qui eorum vitia
abscondunt.*

Plerunque nimis taciti, dum Ibid cap.
quorundam mala respiciunt, ultimo.
& tamen in silentio linguam
premunt, quasi cōspectis vulneribus, vsum medicaminis
subtrahunt: & eò mortis authores sunt, quò virus, quod
poterant eiicere loquendo, no-

FF iij

FLORES

luerunt. Vnde & immoderatum
silentium, si culpa non esset, E-
saïas propheta non diceret: Væ
mihi, quia tacui.

Esa. 6.

Ibi. Mo. 7.

cap. ult.

Vulnera clausa plus cruciat,
quia cum putredo, quæ intrin-
secus feruet, efficitur, ad salu-
tem dolor aperitur.

DE TENTATIONI-

bus iustorum.

Caput CXXVII.

*Virtus sanctorum temptationibus
proficit.*

In præfat.

Mo. cap. 4.

vet. 2. no.

Sicut vnguenta, nisi com-
smota, redolere latius ne-
sciunt: & sicut aromata fragran-
tiam suam non nisi cum incen-
duntur expandunt: ita sancti vi-
ri omne, quod virtutibus re-
dolent, in tribulationibus in-
notescunt.

D. GREGORI.

Omnia machinamenta tentationum sancto viro vertuntur in argumenta virtutum. Ibid. cap. 8. vet. 5. no.

Discretio Dei in admitendo tentatore.

Mala cum multa electis eueniant, mira conditoris gratia ex tempore dispensantur: ut quæ coaceruata perimerent, possint diuisa tolerari. Hinc Paulus ait: Fidelis Deus qui non patietur vos tentari supra id quod potestis: sed faciet cū tēratione etiam exitum, ut possitis sustinere. Hinc Dauid ait: Proba me domine, & tenta me. ac si apertè dicat: Prius vires inspice, & tunc, ut ferre valeas, tentari permitte.

Mens iusti dum patitur aduersa, requiescit in consolatione diuina.

FF iiij,

FLORES

Ibi. Mo. 2. Pia mens cū se aduersa ab
cap. 14. vet. hominibus perpeti conspicit,
9. no. in diuinæ gratiæ consolatione
requiescit : cumq̃ue tentatio-
num procellas increfcere ex-
trinsecus viderit, secessum spei
dominicæ appetens, intra con-
scientiæ portum fugit.

Ibid. ca. 13. Prænuncia tribulationis est
vet. 9. no. læticia satietatis.

Ibi. Mo. 2. Intuendum est, quia hostis
ca. 19. vet. noster tot nos iaculis percutit,
13. no. quot tentationibus affligit.
Sed & nos contra illum iacula
mittimus, si cōfossi tribulatio-
nibus, contra Deum non mur-
muramus. Superbū quippe ho-
stem humilitate percutimus,
crudelem patientia sternimus.
Quot enim voces patientiæ in
Dei laudem percussi reddide-
rimus, quasi tot in aduersarij

D. GREGORII.

pectore iacula intorsimus, &
acriora valde quā sustinemus,
infigimus.

Antiquus hostis eò contra Ibid ca. 32.
vet. 24. no.
bonos grauius sœuit, quò val-
lari eos diuinæ perfectionis
munere conspicit.

*Tentamur interdum, ne de
virtutibus eleuemur.*

Mira hoc nobiscum dispen- Lib. Mo. 1.
cap. 37. vet.
27. no.
satione agitur, vt mens nostra
culpæ nonnunquam pulsatio-
ne feriatur. Nam esse magna-
rum virium homo crederet, si
nullum vnquam earūdem vi-
rium defectum intra mentis
arcana sentiret. Tentatus au-
tem non solūm vires à quo ac-
cipiat, discit: sed quanta eas vi-
gilantia seruet, intelligit. Sæpe
enim quem tentationis certa-
men superare non valuit, sua

FLORES

deterius securitas strauit. Nam dum lassum se quisque in otio remittit, dissolutam mentem corruptori prostituit: at si eum ex dispensatione supernæ pietatis tentatio non repente vehementer irruens, sed temperato accessu erudiens, pulsat, ni mirum ad insidias prouidendas euigilat, vt contra hostem se in certamine cautiùs accingat.

In aduersitatibus contra Deum non est mormurandum.

Ibi. ca. 40.
ver. 37. no.

Solerti cura custodire dolens animus debet, ne cùm se intus tentatio stimulat, in verba foras illicitæ locutionis erumpat, ne de probatione murmuret, & ignis, qui hunc velut aurum concremat, per excessum sermonis illiciti in paleæ fauilam vertat.

D. GREGORII.

*In tentationem à Domino non
induci quid.*

In oratione postulamus di- Li. Mor. 3.
centes: Ne nos inducas in ten- cap. 3.
tationem. Neque enim in ten- Matth. 6.
tationem Dominus inducit,
qui semper à tentatione subdi-
tos misericorditer protegit: sed
tamen in tentationem quasi
eius inducere, est à tentationis
nos illecebra non munire. Et
tunc nos in tentationis laqueū
non inducit, cū tentari nos
ultrā, quā possumus, non
permittit.

*Diabolus cur quandoque à
tentatione cesset.*

Sæpe antiquus hostis, post- Lib. Mo. 3.
quam menti nostræ tentatio- cap. 22. vet.
num certamen inflixerit, ab ip- 16. no.
so suo certamine ad tempus
recedit: non ut illarū malitiarū

FLORES

finem præbeat, sed vt corda,
quæ per quietem secura reddi-
derit, repente rediens faciliùs
inopinatus irrumpat.

*Exercitium virtutis est ad-
uersa tolerare.*

Li. Mor. 9. Sæpe iustis exercitium virtu-
tis est sola exterius aduersa to-
lerare. Sed vt eorum vires cer-
tamen plenæ probationis e-
rudiat, hos nonnunquam & fo-
ris tormenta lacerant, & intus
tentamenta castigant.

Ibid ca. 43 Electos Dei cernimus & pia
ver. 35. no agere, & crudelia multa tole-
rare. Hinc ergò colligitur, di-
strictus iudex quanta illic fe-
riat distractione, quos repro-
bat, si hîc sic cruciat, quos a-
mat. Petro attestante, qui ait:
1. Pet. 4. Tempus est, vt iudicium inci-
piat de domo Dei: si autem pri-

D. GREGORII.

num à nobis, quis finis eorum,
qui non credunt Euangelio
Dei?

*Iusti valde affliguntur, dum con-
tra eos in verbis tument, qui in
pravis moribus iacent.*

Valde affligitur anima iusto- Li. Mo. 14.
rum, quando illi contra bonos. ca. 13. vet.
districtas sententias intorquent, 7. no.
qui bene vivere ignorant: & ex
voce sibi iustitiam vendicant,
quam moribus impugnant.

Hoc habere solet proprium Ibid. cap.
mens piorum, quod cum iniu- 24. vet. 23.
no.
sta ab aduersariis patitur, non
tam ad iram, quàm ad preces
mouetur: vt si moderari eorū
prauitas placidè valeat, plus de
precari eligant, quàm irasci.

*Cur bona iustis subtrahantur,
tribuantur iniustis.*

Hoc esse proprium infirmā-

FLORES

Li. Mo. 16.
cap. 11. vet.
9. no.

tium iudicium solet, vt tantò
quempiam existiment iustum,
quanto hunc adipisci conspi-
ciunt omne quod appetit: cum
videlicet nouerimus nonnun-
quam bona terrena iustis sub-
trahi, quę largo munere tribu-
untur iniustis: quia & despera-
tis ægris medici, quicquid po-
poscerint, dari præcipiunt, &
eos, quos reduci posse ad salu-
tem præuident, quæ appetunt
dari, contradicunt.

Ibi. ca. 20.
vet. 19. no.

*Flagella inſtorum, eorum perpe-
trata purgant vitia.*

Flagella bonorum aut vitia
perpetrata purgant, aut ea quæ
poterant perpetrari futura de-
uitant.

*Reprobi cęſi videamur benedicti;
iſſi tamen maled. & tione æ-
terna damnantur.*

D. GREGORII.

Quisquis in vita præsentī Ibid. cap.
recta agit, & aduersa sustinet, 30. vet. 27.
laborare quidem in aduersitate no.
cernitur, sed ad benedictionē
hæreditatis perpetuæ consum-
matur. Quisquis verò peruersa
agit, & tamen prospera recipit,
seque a malis actibus nec do-
norū largitate cōpescit: prospe-
rari quidē cōspicitur, sed reatu
perpetuæ maledictionis liga-
tur.

*Iustos variis hæc tentationi-
bus Deus probat.*

Sanctos suos Dominus ve- Li. Mo. 20.
niendo adiuuat, derelinquēdo cap. 21. vet
probat: donis firmat, tribula- 19. no.
tionibus tētat. Vnde rectē quo Eccl. 4.
que per quendam sapientem
dicitur. In primis elegit eum ti-
morem, & metum, & probatio-
nem inducet super illum, & ex-

FLORES

cruciabit illum in tribulatione
doctrinae suae, donec tentet il-
lum in cogitationibus illius.
Iusti quippe animam gratia
vocat, tentatio interrogat. Et
omnipotens Deus electorum
suorum aduersarios tempora-
liter permittit exolescere, ut
per malorum scuitiam, purge-
tur vita bonorum. Nunquam
quippe Dominus aduersus bo-
nos eos scuire permetteret, nisi
etiam, quantum prodesse, vi-
deret. Nam dum iniusti seuiunt,
iusti purgantur: & utilitati in-
nocentium, militat vita prauo-
rum, dum hanc & premendo
humiliat, & humiliando sem-
per ad melius format.

*Electorum est hic tribulationi-
bus conteri.*

Electo-

D. GREGORII.

Electorum est hîc conteri, Ll. Mo. 26.
cap. 18. vet.
17. no.
vt ad præmia debeant æternæ
hæreditatis erudiri. Nostrium
est hîc flagella percipere, qui-
bus seruatur de æternitate gau-
dere. Hinc enim scriptum est:
flagellat Deus omnem filium
quem recipit. Eant autem nûc
reprobi, & voluptatum suarum
desideria inulta iniquitate cõ-
sumant: atque eò temporalia
flagella non sentiant, quò æter-
na eos supplicia expectant.

Tribulationes iustorum

mulæ.

Bonitatẽ sequitur, qui Chri- In expla 3.
I sal. pœni.
stum imitatur. Cuius imitato-
res tantò in hac vita grauiora
tentamenta perferunt, quantò
longiùs corde à mundo disce-
dunt. Dicit enim Apostolus:
Omnes qui piẽ volunt viuere 1. Tim. 3.

GG

FLÖRES

in Christo, persecutionem patiuntur.

DE TRIBVLATIONE.

Caput CXXVIII.

Lib. Mo. 2.
cap. 13. vet.
9. no.

PRenuncia tribulationis, est
lætitia satietatis.

*Consolatio in tribulationi-
bus maxima qua.*

Li. Mor. 3.
cap. 7.
Eccli. 11.

Magna consolatio tribula-
tionis est, si cū aduersa pati-
mur, authoris nostri ad memo-
riam dona reuocemus. Nec frā-
git, quod ex dolore obuiat, si
menti citiūs hoc, quod ex mu-
nere subleuat, occurrat. Hinc
namque scriptum est: In die
bonorum ne immemor sis ma-
lorum: & in die malorum ne
immemor sis bonorum. Sic er-
go vtraque iungenda sunt, vt
vnum semper ex altero fulcia-

D. GREGORII.

tur: quatenus & flagelli pœnam
memoria temperet doni, & do-
ni lætitiā mordeat suspicio ac
formido flagelli.

*Piorum tribulatio quidnam
nos doceat.*

Intueri libet, quid est, quod
omnipotēs Deus sanctos quos
sibi tam charos in æternum cō-
spicit, tam vehementer quasi
despiciēs affligit: nisi hoc quod
pietati fidelium patet: quo-
niam idcirco sic eos premit in-
fimis, quia videt, quomodo
remuneret in summis, & foras
vsque ad despecta deiicit: quia
intus vsque ad incomprehen-
sibilia perducit? Hinc ergo vnus
quisque colligat, quid illic sint
passuri, quos reprobat, si hęc
sic cruciat, quos amat. Aut quo
modo ferientur qui in iudicio

Li. Mor. 3.
cap. 4.

GG ij

FLORES

arguendi sunt: si sic eorum vi-
ta premitur, qui ipso iudice te-
ste, laudantur.

*Purior Deo esse desiderat, qui in
flagellis eius murmurat.*

Lib. Mo. 5.
cap. 26. ve.
28. no.

Quisquis de persecutione
murmurat, quid aliud quàm iu-
stitiam ferientis accusat? Purio-
rem ergo se vir factore suo ex-
istimat, si cōtra flagellum que-
relam parat: eūque sibi pro-
culdubio postponit, cuius iu-
diciū de sua afflictione redar-
guit. Vt ergò homo reprehē-
dere non audeat iudicem cul-
pæ, hunc humiliter cogitet au-
thorem naturæ: quia qui mirè
hominem ex nihilo fecit, fa-
ctum impiè non affligit.

*Aduersa hīc pro æternæ æternæ gau-
diis summo (quod aiunt) ani-
mo ferenda.*

D. GREGORII.

Quia ad æterna gaudia re- Li. Mo. 62.
dire non possumus, nisi per tē- cap. 11. vet.
poralia detrimenta, tota sacræ 12. no.
scripturæ intentio est, vt spes
manentis lætitiæ nos inter hæc
transitoria aduersa corrobore-
ret: etsi illic dulcia appetimus,
prius necesse est, vt hîc amara
toleremus.

Tentatio callidi hostis varia.

Hostis callidus, quos iusti Li. Mo. 29.
tiæ luce enitescere conspici- cap. 14. ve.
eorum mentes illicitis deside- 12. no.
riis inflammare contendit: vt
plerunque plus se vrgeri ten-
tationibus sentiât, quàm tunc,
cùm lucis internæ radios non
videbant.

Singulis hominibûs vitiis Ibid.
conuenientibus insidiatur dia-
bolus: quia prius conspersionē
vniuscuiusque perspicit, &
GG iij

FLORES.

postmodū tentationis laqueos
 apponit. Alius namque lätis,
 alius tristibus, alius timidis, a-
 lius elatis moribus existit:
 Quia etenim lätitiæ voluptas
 iuxta est lätis moribus, luxu-
 riam proponit. Et quia tristitia
 in iram facilè labitur, tristibus
 poculum discordiæ porrigit:
 Quia timidi supplicia formi-
 dant, paudentibus terrores in-
 tentat. Et quia elatos extolli
 laudibus cōspicit, eos ad quæ-
 que voluerit, blâdis fauoribus
 trahit. Singulis igitur homini-
 bus vitiis conuenientibus insi-
 diatur.

In exposit. Corona non datur sine vi-
 Cantic. storiam.

Quæ nocent, docent.
 In expla. 3. Sancti viri in hac vita flagel-
 Psal. pœn. lari desiderant, vt flagellis cor-

D. GREGORII.

recti, & imminentes culpas videat, & commissas ante oculos ponat. Sæpe enim delinquentes oculos flagella aperiunt, quos inter vitia insolentiæ & securitatis tenebræ concludunt. torpētis animus persecutionibus tangitur, vt excitetur: quatenus qui statum suæ rectitudinis per securitatem perdidit: in afflictione consideret, quò peruenit.

Inter Dei flagella mala, quæ fecimus sunt rememoranda.

Facilis erit consolatio, si inter flagella, quæ patimur, quæque fecimus ad memoriam delicta reuocemus: atque hæc nō iam flagella, sed dona esse conspiciamus, si quia carnis delectatione peccauimus, carnis dolore purgamur.

Li. Epist. 7.
cap. 125.

GG iiij

Lib. Epist.
3. ca. 41.

In flagellis positos, flagellis digna committere, contra ferientem est specialiter superbi-
re, & sævientis acrius iracun-
diam irritare. Atque est primū
genus dementiæ, nolle, quem-
piam à malis suis iustè quiesce-
re, & Deum iniustè à sua velle
ultione cessare.

DE TENTATIONE carnis. Cap. CXXIX.

*Remedium contra vitiorum car-
naliū incentiua.*

Li. Mor. 3.
cap. 12. vet.
17. no.

DUm quisque considerat,
quàm citius caro ad pul-
uerem redeat, festiuè superat
hoc, quod se de carne intus tur-
piter impugnat.

Li. Mor. 9.
ca. 44. vet.
36. no.

Cum culpa animum tentat,
mens necesse est, vt breuitate
sux delectationis aspiat: ne

D. GREGORII.

ad viuacem mortem iniquitas
rapiat, cūm constet, quōd ad
terminum citiūs mortalis vita
percurrat.

Tentatio non deest mortalibus.

Non potest in hac vita ho- Li. Mo. 14.
mini posito tētatio deesse pec- cap. 9.
cati. Sed aliud est peccato ten-
tanti resistere, aliud dominan-
ti seruire. Hinc Apostolus pec-
cati dominium à discipulorum
cordibus repellebat, cūm dice-
bat: Non regnet peccatum in Rom. 6.
uestro mortali corpore. Non
enim ait: Non sit, sed non re-
gnet: quia non esse non potest,
non autem regnare in cordi-
bus bonorum potest.

*Tentationi in corde nascenti festi-
uè reluctandum.*

Culpa ad opus prodire non Li. Mo. 21.
permittitur, si intus, vbi nasci- cap. 7.

tur, extinguitur. Si autem tentationi in corde nascenti festinè non resistitur, hac eadem, qua nutritur, mora roboratur; & existens foris in operibus vinci vix præualeat, quia ipsam intus membrorum dominam mentem captiuam tenet.

Caro domanda.

Li. Mo. 31.

cap. 28. vet.

15. no.

Quò plus caro premitur, eò de cœlesti spe animus securius lætatur: tantò que mens melius ad superna appetenda componitur, quantò ab illicitis arctius edomatur.

Voluptas carnis reprimenda in

cogitatione, ne prorumpat

in opere.

Lib. 1. pa st.

cura. cap.

11.

Humanum est in corde tentationem perpeti, dæmoniacū verò est in tétationis certamine, in operatione superari. Dū

D. GREGORII.

autem in cogitatione voluptas nō reprimatur, etiam in actione dominatur.

In quo peccamus, in eo punimur.

Qui ex carnis blandimento peccauim⁹, ex carnis afflictione purgamur. Sciendum tamē est, quia pœna præsens si animum afflictī conuertit, finis est culpæ præcedentis: Si autem ad timorem Domini minimē conuertit, initium est pœnæ sequentis.

Lib. Epi. 9.
cap. 25.

DE TEMPORE.

Caput CXXX.

Dum rerum finis attēditur, Domne, quod præterit, quasi iam fuisse pensetur.

Li. Mor. 4.
cap. 41. vet.
30. no.

*Tempus præsens puni-
tus est.*

FLORES

Li. Mor. 15.
cap. 19. vet.
24. no.

Omnis longitudo temporis
vitæ præsentis punctus esse co-
gnoskitur, cùm fine termina-
tur. Cùm enim ad extremum
quisque perducitur, de præte-
rito iam nihil tenet, quia tem-
pora cuncta delapsa sunt: in fu-
turo nihil habet, quia vnius
horæ momenta non restant.
Vita ergo, quæ sic angustari
potuit, punctus fuit.

DE TESTE ET
testimonio.

Caput CXXXI.

*Testimonium vitæ robustis-
simum quod.*

Li. Mo. 5.
cap. 12.

NUnquam est tam robu-
stum vitæ testimonium,
quem cùm ille laudâda loqui-
tur, qui ingerere crimē cona-
tur.

D. GREGORII.
DE TIMORE.
Caput CXXXII.

Timere Deum quid.

Lib. Mo 1.

DEum timere, est nulla, quę
facienda sunt, bona prę-
terire. Vnde per Salomonem
dicitur: Qui Deum timet, ni-
hil negligit.

cap. 2. vet.

3. no.

Eccl. 7.

*Rerum abundantia à Dei
timore alienat.*

Lib. Mo. 1.

cap. 4

Solet rerum abundantia tan-
tò magis à diuino timore men-
tem soluere, quantò magis hęc
exigit diuersa cogitare. Nam
dum per multa spargitur, stare
in intimis fixa prohibetur.

Quod per semetipsam veritas
cùm parabolam seminātis ex-
poneret, indicauit dicens: Qui
seminatus est in spinis, hic est,
qui verbum Dei audit: & sol-
licitudo istius seculi, & fallacia

Matth. 3.

& Lucz 8.

FLORES

diuitiarum suffocant verbum,
& sine fructu efficitur.

*Male penè agit, qui timore
pœnæ bene agit.*

Li. Mor. 1.
cap. 27. vet.
12 no.

Qui adhuc timore bona a-
git, à malo penitus nō recessit:
quia eo ipso peccat, quo pec-
care vellet, si peccare inultè po-
tuisset.

Ibid. ca. 32.
vet. 16. no.

Timor, nisi virtutem charita-
tis habuerit, nullum opus pro-
culdubio bonæ actionis sur-
git: quia dum ad cuncta trepi-
dat, ipsa sua formidine à bonis
omnibus torpens vacat.

*Timor Dei animi fortitu-
dinem parit.*

Li. Mor. 5.
cap. 13.

In via Dei à timore incipi-
tur, vt ad fortitudinē veniatur.
Nam sicut in via seculi audacia
fortitudinem, ita in via Dei au-
dacia debilitatem parit. Et si

D. GREGORII.

cut in via seculi timor debilitatem: ita in via Dei timor fortitudinem gignit, Salomone attestâte, qui ait in timore Domini fiducia fortitudinis. Fortitudo autem nō nisi in aduersitate ostenditur, vnde & mox post fortitudinem patiētia subrogatur. Tantò enim quisque se ad fortitudinem profecisse verius demonstrat, quantò aliena mala robustiùs tolerat. Vide in titulo de fortitudine latiùs.

Prou. 14.

Vera obsequia Deo solus

reddit amor.

Humani generis cōditorem qui adhuc seruiliter formidat, proculdubio non amat. Nam tunc solū Deo vera obsequia reddimus, cū eum propter amoris fiduciam iam non

Lib. Mo. 3.

cap. 32. ver.

22. no.

FLORES

timemus: cū nos ad bona o-
pera affectus, nō metus dirigit:
cū malum nostræ menti iam
non placet, etiam si licet. Nam
qui à peruersitatis opere ex ti-
more restringitur, peruersa li-
benter ageret, si liceret. Nequa
quam ergo veraciter rectus est
qui adhuc à prauitatis deside-
rio liber non est. Quare vera
obsequia Deo non reddimus,
si ex timore mandatis illius, &
nō potius ex amore seruimus.
Per timorem non impletur iustitia.

Li. Mor. II.
cap. 22. vet.
20. no.
1. Ioan. 4.
Rom. 8.

Nunquā impleri iustitia per
timorem potest, quia iuxta Ioa-
nis vocem: Perfecta charitas
foras mittit timorem. Et Pau-
lus quoque adoptionis filios
consolatur, dicens: Non acce-
pistis spiritum seruitutis iterum
in timore: sed accepistis spiritū
adoptionis

D. GREGORII.

adoptionis filiorū, in quo clā-
mamus, Abba pater.

Perfectè Deum timens quis.

Ille veraciter Deum timere
nouit, qui se à cunctis prauis o-
peribus custodit.

Li. Mo. 19.

cap. 7. vet.

6. no.

Ibid. ca. 10.

Omnes, qui diuina præcep-
ta metuunt, Dei tabernacula
fiunt.

vet. 9. no.

Animus contra aduersarium

semper muniendus.

Semper est ad certamen ad-
uersarij erigendus animus: sem-
per cōtra occultas insidias cau-
tela prouidenda. Hinc etenim

Li. Mo. 20.

cap. 3. vet.

5. no.

Abacuc Propheta ait: Super
custodiam meam stabo. Hinc
rursum scriptum est: Statue tibi
speculum, pone tibi amaritu-
dines, qui Euangelizas Sion.

Abac. 2.

Hiero. 3.

Hinc per Salomonem dicitur:

Beatus vir, qui semper est pau-

Prou. 28.

HH

FLORES

us: qui autem mētis est duræ,
corrue in malum.

*Sub spe veniæ semper
timendum.*

Li. Mor. 30
cap. vltim.

Quauis securitati timor
semper longè videatur abesse,
nobis tamen nihil est securius,
quàm sub spe semper timere:
ne incauta mens aut desperan-
do se in vitiis deiiciat, aut ex-
tollendo de donis ruat. Ante
districti enim ac pij iudicis o-
culos quantò de se sub spe hu-
miliùs trepidat, tantò in illo
robustiùs stat.

DE VANA GLORIA.

Caput CXXXIII.

*Bona nostra non nobis, sed
Deo adscribenda.*

Lib. Mo. 9.
cap. i. vet.
1. 80.

Quisquis se auctori bono-
um comparat, bono se

D. GREGORII.

quod acceperat, priuat. Qui enim accepta bona sibi arrogat, suis cōtra Deum donis pugnat: & cū de perfectione se erigit, habere se bene viuendi nec initium ostendit.

Sæpe mens dum de virtutis suæ securitate resoluitur, insidiante aduersario inopinatę culpę telo perforatur. Et inde à Deo in æternum longè fit, unde ei ad tempus sine cautelę custodia propinquauit.

DE VENIA.

Caput CXXXIII.

Ad veniam citiùs redeunt, qui ignorantia potiùs, quàm malitia peccauerunt. Citiùs culpa dimittitur, quę nequaquã malitię studio per-

In præfat.
Mo. cap. 9.
vet. 5. no.
Li Mo. 10.
cap. 9. vet.
5. no.

HH ij

Lib. Epi. 7.
cap. 12.

Sicut perseveranti culpæ debetur iure vindicta: ita resipiscientibus est venia cōcedenda.

DE VERECUNDIA,

Caput. CXXXV.

Verecundæ mentes leniter, impudentes vero dura sunt arguendæ.

Ho. 11. sup.
Ezech. li. 1.

Verecundæ mentes si quas fortasse culpas admiserint, leniter sunt arguendæ: quia si asperius increpentur, franguntur potius, quàm erudiuntur. At cōtrā mentes asperæ atque impudētēs si increpatæ leniter fuerint, ad maiores culpas ipsa lenitate prouocantur. Vnde necesse est, vt sermo prædicantis cum auditorū debeat qualitate formari, ne aut verecundis aspera, aut impudentibus lenia

D. GREGORII.

loquatur.

DE VERBO SEV

sermone siue locutione.

Caput CXXXVI.

Quod valdè mens amat, e- Li. Mor. 4.
tiam in sermone sapius cap. 41.
replicat.

Loquendi censura.

Qui loquendi custodiã ne- Lib. Mo. 3.
gligit, interdum vsque ad affli- cap. 9.
cti contumelias excedit.

Iusti linguam cautè refrenant.

Boni viri freno consilij reti Lib. Mo. 5.
nent precipitationem verbi, & cap. 13. vet.
cautè cõsiderant, ne relaxãtes II. NO.
linguæ lasciuiam, auditorum
cõsciẽtiam incauta locutione
transfigant. Praui verò, sicut in
sensu leues sunt, ita in locutio-
ne præcipites: & reticere per-
tractando negligunt, quæ lo-

HH iij

FLORES

quantur: sed quod levis cōsciē-
tia concipit, leuior protinus lin-
gua prodit.

Lib. Mo. 5.
cap. 12.

Nūquam est tam robustum
vitæ testimonium, quam cū
ille laudanda loquitur, qui in-
gerere crimen conatur.

*Ab otiosis verbis ad noxia
peruenimus.*

Lib. Mo. 7.
cap. 24. &
25 vet. 7.
no.

Sæpe dum ab otiosis verbis
nequaquam lingua compesci-
tur, ad temeritatem quoque
stulte increpationis effrenatur.
Quibusdā enim ruinæ suæ gra-
dibus desidiosa mens in fo-
ueæ lapsus impellitur. Nam
dū otiosa verba cauere negli-
gimus, ad noxia peruenimus:
vt prius loqui aliena libeat, &
postmodū detractionibus eo-
rum vitam, de quibus loqui-
tur, lingua mordeat: quandoq;

D. GREGORIUS

autem vsque ad apertas contumelias erumpat. Hinc irarum seminantur stimuli, oriuntur rixæ, accenduntur faces odiorum, pax tota extinguitur cordium. Hinc per semetipsam nos veritas admonet dicens: *Matth. 5.* Omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines, reddet de eo rationem in die iudicii. Otiosum quippe verbum est, quod aut ratione iustæ necessitatis, aut intentio piæ utilitatis caret. Si ergo ratio de otioso sermone exigitur, pensandum valde est, quæ pœna illud multiloquium sequatur, in quo etiam per superbiam verba peccatur.

*Iustorum verba iniusti
execrantur.*

Praui nihil rectum, nisi quod
HH iij

FLORES

Ibid. cap.
ver. 9. no.
14.

ipsi senserint, putant. & iustorum verba, ed vtiosa estimant, quò suis hæc sensibus inueniūt diuersa: quia cū ab ore iustorum sapientia culpas increpat, prauorum auribus superfluitas loquacitatis sonat: & cum eorum vitia rescant, auditum grauant.

*Lingua nisi refrenetur, ad præ-
cipitationis verba prorumpit.*

Li. Mo. 10.
cap. 2.

Dum moderari lingua otiosa verba negligit, more insolite remissionis capta, audax ad nōxia prorūpit: dum gulæ incumbitur, ad leuitatis protinus insaniam proditur: cūque mens subigere delectationem carnis renuit, plerumque & ad perfidiæ voraginem ruit: & dum vanitatis culpa nequaquam cautè compescitur, ab

D. GREGORII.

iniquitate protinus mens incauta deuoratur, Salomone attestante, qui ait: Qui modica spernit, paulatim decedit. Si enim curare parua negligimus, insensibiliter seducti, audenter etiam maiora perperamus.

Superbus multos linguā ferit.

Superbus quisque, quod in hac vita plus valet, eò sibi linguæ frena audaciùs relaxat, ut loquatur peruersa quælibet, nullumque de verbis suis metuat, istos contumeliis feriat, illos maledictionib⁹ iaculetur. Nōnunquam verò in blasphemiā contra conditorem rapitur, sicut de talibus per Psalmistam dicitur: Posuerunt in cœlum os suum, & lingua eorum transiit super terram. Vnde & di-

Eccle. 39.

Li. Mo. 12.
cap. 24. v. c.
22. no.

Psal. 72.

Luc. 16.

FLORES

ues in igne positus, stillari sibi
aquam ex digito Lazari, in lin-
guam postulat. Quæ ex re intel-
ligitur, quia ubi ampliùs pec-
cauerat, ibi atrociùs ardebat.

Verbum otiosum quale est.

Hom. 6. Omne verbũ otiosum, quod
sup. Euág. locuti fuerint homines, ait ser-
Matth. 12. uator, reddent de eo rationem
in die iudicij. Otiosum quip-
pe verbum est, quod aut vtili-
tate rectitudinis, aut ratione
necessitatis caret.

DE VESTE.

Caput CXXXIII.

*Vestibus præciosis indui an sit
peccatum.*

Ho. 6. su.
Euang.

Nemo existimet in luxu
atq; studio præciosarũ ve-
stium deesse peccatum: quia si
hoc culpa non esset, nullo

D. GREGORII.

modo Ioannem Dominus de Matth. 3.
vestimenti sui asperitate lau-
dasset. Si hoc culpa non esset,
nequaquam Paulus Apostolus 1. Timot. 2.
per epistolam, fœminas à pre-
ciosarum vestium appetitu
compesceret, dicens: Non in
veste preciosa. Pensate er-
gò, quæ culpa sit, hoc etiam vi-
ros appetere, à quo curauit pa-
stor Ecclesiæ, & fœminas pro-
hibere.

DE VITA AETERNA

Caput, CXXXVIII.

*Discretio operum, discretionem in
cælo efficit dignitatum.*

Quia in hac vita nobis est
discretio operum, erit in Li. Mor. 4.
illa proculdubio discretio di- cap. 2.
gnitatum: vt quò hîc alius a- vet. 31. no.
lium merito superat, illic alius

alium retributione transcen-
 dat. Vnde in Euangelio veri-
 tas dicit: In domo patris mei
 mansiones multæ sunt. Sed in
 eisdem multis mansionibus e-
 rit aliquo modo ipsa retribu-
 tionum diuersitas cōcors: quia
 tanta vis amoris in illa pace
 nos fatiat, vt quod in se quis-
 que non acceperit, hoc se acce-
 pisse in alio exultet.

*In beatitudine æterna, etiam cul-
 pæ erit memoria.*

Erit in æterna beatitudine
 memoria culpæ, non quæ men-
 tem polluat, sed quæ nos ar-
 ctius lætitiæ astringat: vt dum
 doloris sui animus sine dolore
 reminiscitur, & debitorem se
 medico veriùs intelligat, & eò
 magis acceptam salutem dili-
 gat, quò molestiæ meminit,

Ibid. Mor.

4. cap. 42.

vet. 31. no.

D. GREGORII.

quam euasit. In illa itaque latitia, sic tunc sine tædio mala nostra conspicimus, sicut nunc in luce positi, sine vlla cordis caligine animo tenebras videmus: quia etsi obscurum est, quod mente cernimus, de iudicio est hoc luminis, non de passione cæcitatis. Sic ibi animus culpæ suæ memoria tangitur, vt tamē nulla eiusdē memoriæ cōfusione deprimatur.

Animus amore Dei flagrans, vitæ præsentis amaritudines

dulces estimat.

Animus auctus desiderii
caelestibus angustatur, cumque
æternæ patriæ, quanta sit dulcedo, cōsiderat, pro ea præsentis vitæ amaritudines ardēter amat.

Si mens in Deum forti intentione dirigitur, quicquid sibi in

Lib. Mo. 7.

cap. 7. v. 1.

6. no.

Ibid. cap.

7. no.

FLORES

hac vita amarum fit, dulce ex-
stimat: omne, quod affligit, re-
quiem putat: trāsire & per mor-
tem appetit, vt obtinere plē-
niūs vitam possit: funditus ex-
tingui in infimis desiderat, quo
verius ad summa conscendat:
tentari appetit, flagellari con-
cupiscit, quatenus incautam
mentem metus & dolor eru-
diat, ne in hac peregrinationis
via, hoste ex insidiis erumpen-
te, sua eam deterius securitas
sternat. Hinc Psalmista ait: Pro-
ba me domine, & tenta me.

Psal. 25.

Lib. Mor. 21. Nemo præsens vitæ mala
23. cap. 21. sicut sunt, conspiciere præua-
vet. 13. no- let, si bona æternæ patriæ per
contemplationis gustum con-
tingere necdum valet.

Via ad cælestem patriam vitæ
præsens.

D. GREGORII.

Solent nonnulli viatores, cum Ibid. 24.
amœna in itinere prata con- vet. 15. no.
spiciunt, pergendi moras inne-
tere, eorumque gressus tar-
dat pulchritudo itineris, dum
delectat. Sed electis suis ad se
pergentibus Dominus huius
mundi iter asperum facit, ne
dum quisque vitæ præsentis
requie, quasi amœnitate viæ
pascitur, magis eum diu per-
gere, quàm citiùs peruenire
delectet: ne dum oblectatur in
via, obliuiscatur quod deside-
rabat in patria.

*Visio Dei summa hominis
refectio.*

Sola deitatis visio, vera me- Li. Mor. 31.
tis nostræ est reffectio. cap. 35. vet.
19. no.

DE VITA ACTIVA
& contemplatiua.

FLORES

Caput CXXXIX.

Actiua vita quid?

Lib. 2 sup.

Ezech. ho.

15.

Actiua vita est panem esu-
rienti tribuere, verbo sa-
pientiæ nescientem docere, er-
rantem corrigere, ad humilita-
tis viam superbientem proxi-
mum reuocare, infirmantis cu-
ram gerere, quæ singulis qui-
busque expediunt, dispensare,
& commissis nobis, qualiter
subsistere valeant, prouidere.

Contemplatiua vita quid.

Ibidem.

Contemplatiua verò vita est,
charitatem quidem Dei & pro-
ximi tota mente retinere, sed
ab exteriori actione quiesce-
re, soli desiderio conditoris in-
hærere: vt nihil iam agere de-
beat, sed calcatis curis omni-
bus, ad videndam faciem sui
creatoris animus inardescat: ita
vt iam

D. GREGORII.

vt iam nouerit carnis corrupti-
bilis pondus cū mœrore por-
tare, totisque desideriis appe-
tere illis hymnidicis angelorū
choris interesse: admisceri cæ-
lestibus ciuibus, de æterna in
conspectu Dei incorruptione
gaudere.

DE VIRTUTE.

Cap. CXL.

Valde singula virtus quæ Lib. Mo 1.
libet destituitur, si non v- cap. 32. vet.
na alij virtus virtuti suffrage- 16. no.
tur.

Elatio virtutes dissipat.

Nonnunquam virtutes tan- Ibi. ca. 34.
tò deiectiones nos apud Deum 36. & 39.
faciunt, quantò apud nos metip- vet. 18. 19.
sos tumidiores reddunt. Tota & 20. no.
itaque virtute muniendus est
aditus mentis, nequando eam

FLORES

Prov. 3.

insidiantes hostes, penetrāt foramine neglectæ cogitationis. Hinc Salomon ait: Omni custodia serua cor tuum, quoniā ex ipso vita procedit. Tota itaque virtute perspicieñds est fluuius operis, si purus emanat ex fonte cogitationis.

**Li. Mo. 21.
cap. 3.**

Virtutes vicaria se ope subleuant.

Omnes virtutes in conspectu conditoris sui, vicaria se ope subleuant: & quia vna virtus sine alia vel nulla est omnino, vel minima, vicissim sua coniunctione fulciuntur. Si enim vel castitatem humilitas deferat, vel humilitatem castitas relinquat, apud authorem humilitatis & munditiæ prodesse quid præualet vel superba castitas, vel humilitas inquinata

Nemo se alicuius virtutis aestimet.

D. GREGORII.

Nihil sumus, si à conditoris Lib. Mor.
nostri protectione deferamur. 23. cap. 18.
Nemo ergo se alicuius virtutis vet. 19. no.
æstimet, etiam cùm quid for-
titer potest: quia si diuina pro-
tectio deferat, ibi repēte enor-
miter obruitur, vbi se valenter
stare gloriabatur.

Sicut fabrica columnis, co- Li. Mo. 28.
lumnæ autem basibus innitun- cap. 13. vet.
tur: ita vita nostra in virtuti- 6. no.
bus, virtutes verò in intima in-
tentione subsistunt. Incassum
verò alta super se bases ædifi-
cia erigunt, si non ipsæ in fun-
damento solidatæ consistunt:
quia nimirum quamlibet sum-
ma opera inaniter faciunt, si in-
tentiones cordium extra æter-
nitatis certitudinem deflectū-
tur, & vitæ veræ præmia non
requirunt: tantòque grauiora.

FLORES

ruinæ super se damna ædificât,
quantò altiora ædificia extra
fundamentum portant : quia
cùm æternæ vitæ præmiis non
intendunt, quò plus se quasi in
virtutibus erigunt, eò in glo-
riæ inanis foueam profundius
cadunt.

Li. Mo. 29.
cap. 23. vet.
15. no. Sæpe quosdam cognouimus
malorum suorum considera-
tione compungi, diuini terro-

ris pauore feruescere, & per pa-
uoris exordia vsque ad virtu-
tum summa peruenire : sed dū
de iisdem virtutibus, quas acci-
piunt, extolluntur, inanis glo-
riæ laqueo astricti, ad antiquū

Ibidem 25.
vet. 15. no. torporem redeunt. Et plerun-
que ab inchoantibus opus bo-
num, dum priusquam oportet,
ostenditur, à grano perfectio-
nis inanitur : & plerunque vir-

D. GREGORII.

tutes, dum plusquam necesse
est, exuberant, exhalant.

DE VITIIS.

Cap. CXLI.

*Qui vitia subigere appetit, virtu-
tum se armis accingit.*

Quisque subigere vitia ap- Lib. Mo. 3.
ca. 24. vet.
19. na.
petit, & ad æterna internæ
retributionis culmina veræ in-
tentionis gressibus tendit, quò
magis vallari se vitiorum bello
vndique conspicit, eò se vir-
tutum armis robustius accin-
git: & tantò minùs iacula me-
tuit, quantò còtra hæc venien-
tia fortiter pectus munit.

Si nos virtus compunctio- Ibidem ag.
vet.
nis in itimis afficit, omnis stre-
pitus prauæ suggestionis ob-
mutescit: & si forti nos studio
contra vitiorum incētiua strin-

II. iij.

FLORES.

gimus, ipsa etiam vitia ad vsum
virtutis immutamus.

*Vitia interdum faciem vir-
tutum sumunt.*

Ibid. Mo. 3.
cap. 23. vet.
16. no.

Sæpe immoderata ira, iusti-
tia: & sæpe dissoluta remissio,
misericordia vult videri. Sæpe
incautus timor, humilitas: sæpe
effrenata superbia appetit li-
bertas apparere, &c.

Li. Mo. 12.
cap. 12. vet.
13. no.

Paulatim vitia succrescunt.
Sicut, influente aqua, paula-
tim terra consumitur, sic leni-
ter surrepente vitio, mens etiã
foris absorbetur.

DE VINDICTA.

Caput CXLII.

Lib. Mo. 9.
cap. 27. vet.
17. no.

Delinquenti Deus non parcit.
Delinquenti Dominus ne-
quaquam parcit, quia deli-
ctum sine ultione non deferit.
Aut enim ipse hoc homo in se

D. GREGORII.

pœnitens punit, aut hoc Deus cum homine vindicans, percutit. Nequaquam igitur peccato parcitur, quia nullatenus sine vindicta laxatur. Ab electis autem suis iniquitatum maculas studet temporali afflictione tergere, quas in eis in perpetuū non vult vindicare.

*Vis occultæ districtionis Dei
semper metuenda.*

Diuinę animadversionis vim cum minimè quisque considerat, minimè formidat: & tantò magis in hac vita quasi securus est, quantò à consideratione internę destructionis alienus. Sed malorū mētes cūm renuūt considerare, quod timeant, ad hoc quādoque gaudentes perueniunt, quod timentes, nullo modo euadant.

II iij

Ho. 37. su.
Euang.

Magnam mansuetudinem
contemptæ gratiæ, maior solet
sequi ira vindictæ.

Culpam quando non vindicanda.

Li. Epist. 2.
cap. 5.

Cum percussio corporalis
vtrum pro purgatione, an pro
vindicta contingat, Dei in hoc
iudicium ignoretur: non debet
à nobis addi flagellatis affli-
ctio, ne nos culpæ (quod absit)
offensa respiciat.

Lib. Epist. 3.
cap. 27.

Si ea, de quibus vehementer
Deus offenditur, insequi, vel
vltisci differimus, ad irascen-
dum vtrique diuinitatis patien-
tiam prouocamus.

DE VOLVPTATE.

Caput CXLII.

Minores abstinentia maiorum,

Lib. Mo. 2.
cap. 16. vet.
10. no.

à luxu abstinent.

O Mne, quod à minoribus
voluptuose agitur, maio-

D. GREGORII.

rum disciplina cohibetur. Cum
verò maiores ipsi voluptati
deserviūt, nimirum minoribus
lasciuix frena laxantur. Quis
enim sub disciplinæ se constri-
ctione retineat, quando & ipsi,
qui ius constrictionis accipiūt,
se se voluptatibus relaxant?

Lib. Mo. 4.

Solenter vigilandum est, vt
cùm blandiri culpa inchoat, ad
quantum interitum mens tra-
hatur, agnoscat.

cap. 17. vet.

15. no.

Cùm culpa animū tētat, mēs
necesse est, vt breuitatem suæ
delectationis aspiciat, ne ad vi-
uacem mortē iniquitas rapiat,
cùm constet, quod ad terminū
citiùs mortalis vita decurrat.

Lib. Mo. 9.

ca. 44. vet.

36. no.

Inde in perpetuum spiritus
interit, vnde ad tempus caro
suauiter viuit.

Li. Mo. 1a.

ca. 4. vet.

13. no.

FINIS.

IO. GILLOTIVS
LECTORI.

Vm euolueremus
codices antiquos,
ut ad illorū col-
lationem huius doctoris
scripta quæ extant, resti-
tueremus, inuenimus hunc
librum in exemplari quo-
dam peruetusto bibliothecæ
D. Dionysij, quem mi-
nimè dubitamus esse D.
Gregorij: non tātū quia
eius habebat nomen, sed e-

tiam quia stylus facilis, po-
pularis, simplex illius est:
Et quod nos magis mouet,
mens ipsa atque sententia
tota Gregorij. In responsio-
ne ad 1. interrogationem
agit de duplici timore iis-
dem propè verbis, ac certè
sententiis, quibus lib. 34.
Moral. cap. 14. In 4. in-
terrogatione eodem modo
de prædestinatione loqui-
tur, atque lib. 1. Reg. cap.
14. Quid distet inter cri-
men & peccatum iisdem

verbis interrogatione 10.
& lib. 21. Moral. cap. 9.
Quod si de authore dubi-
taremus, dignum tamen
iudicarem, ut in lucem
ederetur, quòd tam exi-
guo volumine tã mul-
tam doctrinam
contineat.

D. G R E -
GORII PAPAE
C O N C O R D I A
quorundam testimo-
niorū sacre scripturæ.

Ad Rom. i. *Paulus seruus Iesu
Christi. In sancto Eunangelio
secundum Ioannem. xv.
Non dicā vos seruos, sed amicos.*

INTERROGATIO I.

VID est, quòd
magister Chri-
stus in alio loco
Apostolos non
dixit seruos, sed
amicos: & eiuldem magi-

D. GREGORII.

Luc. 17.

Matth. 5.

Luc. 19.

Matth. 24.

Luc. 12.

stri discipulus, imò Aposto-
lus, in quo Christus loqueba-
tur, nominauit se seruum? Et
dum vtrunque à Christo di-
ctum est, quomodo intelligi
debeat, solerter intuendum est,
maximè cùm idem Dominus
ac saluator noster ad eosdem
Apostolos secundum Lucam
dixerit: Dicite, serui inutiles
sumus, quia quod debuimus
facere, fecimus. Et iterù: Euge
serue bone & fidelis. Et iterum
Beatus ille seruus què, cum ve-
nerit Dominus, inuenerit sic fa-
cientem.

RESPONSIO.

Sine præiudicio alterius sen-
tentia melioris, sciendum est
duo genera esse bonæ seruitu-
tis: vnū timoris, aliud dilectio-
nis. vnum timentium ancillarū

CONCORDIA.

& seruorum, aliud diligen-
tium & placentium filiorum:
timet enim ancilla, ne flagelle-
tur, timet matrona, ne offendat
animum viri sui. Sed seruitutis
timor, qui habet pœnam, foras
mittit perfectam charitatem.

Perfectus autem seruitutis ti-
mor non solum non habet pœ-
nam, sed ad ipsam peruenit læ-
titiam, Psalmista attestante, qui
ait: Lætetur cor meum, vt ti- Psal. 8.
meat nomen tuum, Et iterum: Psal. 18.

Timor Domini sanctus perma-
net in seculū seculi. Hunc nā-
que timorem habent & sancti
Angeli, quem profectō habue-
runt & sancti Apostoli, per ad-
uentum scilicet Spiritus sancti,
per quem diffunditur charitas
in cordibus nostris. Idcirco &
à Domino non dicti sunt serui.

D. GREGORII.

sed amici, qui tamē & à semet-
ipsis, & à Domino dicti sunt
serui: nimirum non ex timore,
sed ex amore Deo placendi.

Ad Rom. 1. *Segregatus in Euan-
gelium Dei.* Et secundū Ioan.

17. *Pater sancte, serua eos quos
dedisti mihi, in nomine tuo, vt
sint vnum.*

INTERROGATIO.

II.

ET dum se sanctus Paulus
vnum effectum cum ser-
uatis credidit, quid est quod
se segregatū esse fatetur? Nam
dicitur segregatus, qui à grege
separatus est, maxime cū Do-
min^o dixerit: Et erit vnus grex
& vnus pastor. Et sanctus Spi-
ritus in actibus Apostolorum
imperando locus est: Segre-
gate

Ioan. 10.

Act. 13.

CONCORDIA.

gate mihi Paulum & Barnabam in opus, ad quod vocaui eos.

RESPONSIO.

Sciendum profectò in primis est, quia ista testimonia non solum à semetipsis non discrepant, verum etiam sibimetipsis in vnitate concordant. Nam Paulus & Barnabas à grege nō erant separati, sed gregati, hoc est, ad opus apostolatus fuerant electi. Quibus enim cor vnum & anima vna cum grege erat, nulla separatio vsquam esse poterat. At tamen à grege separati fuerant, qui ad apostolum electi erant. Nam & manus ad operandū porriguntur, sed tamen ab vnitate corporis non separantur.

KK

D. GREGORII.

Ad Roman. ix. Testimonium mihi
perhibente conscientia mea in
Spiritu sancto: quoniam tristitia
est mihi magna, & continuus
dolor cordi meo. In para-
bolis Salomonis xij. Non con-
tristabit iustum quicquid ei ac-
ciderit.

INTERROGATIO

III.
Quid ergo? nunquid Pau-
lus Apostolus iustus non
erat, qui non contristari iustum
quicquid ei acciderit, nouerat.
etsi contristari, cum iustus e-
rat, debuerat, ut quid iteran-
do Philippensibus gaudium
commendabat, dicēs: Gaudete
in Domino semper, iterum di-
co, gaudete. Sed & sanctus Ia-
cobus gaudere in variis tenta-
tionibus imperat. Et ipse etiā

Phillip. 4.
Jacob. 3.
2. Cor. 16.
Matth. 26.
Marc. 14.



CONCORDIA.

Paulus in suis tribulationibus
gloriatur. & sanctus Mattheus
Euangelista testatur de Domi-
no ac redemptore nostro, di-
cens: Tunc cœpit contristari
& mœstus esse. & Tristis est a-
nima mea vsq̃ne ad mortem.

R E S P O N S I O.

Sciendum profecto est, aliud
esse contristari secundum Deū,
aliud secundum seculū, eodem
Paulo dicente, qui ait: Contri- 2. Cor. 7.
stari secundum Deum salu-
tem stabilem operatur: seculi
autem tristitia mortem opera-
tur: ista desperabilis, illa lauda-
bilis est: ista replet^r Iudas Sca-
rioth, laqueo se suspendit, illam
se habuisse sanctus Paulus ad
Corinthios scripsit, dicens: Si 2. Cor. 3.
quis contristauit me, non me
contristauit, sed ex parte ac s̃

KK ij

D. GREGORII.

Math. 5.

apertius diceret: Non ego solus
zelū Dei habeo, sed me cōtri-
statum cum vestra tristitia ex
mea parte cerno. Et nisi ista
tristitia non vitium, sed virtus
esset, nequaquam Dominus
in Euangelio beatificaret di-
cens: Beati qui lugent, quo-
niam ipsi consolabuntur. & se-
ipsum dixit tristem secundum
humanitatem, profectò nō se-
cundū impassibilē diuinitatē.

9. Ad Rom. ix. De Iacob &
Esau, Cū nōdum nati fuissent,
aut aliquid egissent boni aut ma-
li, ut propositum quod per electio-
nē Dei factum est, permaneret, nō
ex operibus, sed ex vocante di-
ctum est: Quia maior seruiet mi-
nori. In Psal. lxj. Quia tu reddes
unicuique, secundum opera sua.

CONCORDIA.
INTERROGATIO.
IIII.

Cum non ex operibus, sed
ex vocante dictum est:
Quia maior seruiet minori,
quomodo reddet Deus vni-
cuique secundum opera sua?
Cur ergo Paulus dixerit, Non
ex operibus? Nos proculdubio
credimus, quia nec utique ex
futuris: nec eum quisquam exi-
stimat tantum dixisse de præ-
teritis, qui utique non erant,
cum supradicti distincti fue-
rant. Si enim hominem præsen-
tem adhuc bona iustificant, &
futura adhuc mala alterius dā-
nant. Sed hoc credere absit à
nobis: quia quidam sapiens di-
xit: Raptus est iustus ne mali-
tia mutaret intellectum eius.
Etenim iste nec iustus dicere.

Sap. 4

KK iij

D. GREGORII.

tar, si de futura adhuc malitia
damnaretur.

R E S P O N S I O.

Antequam aliquid de ista
quæstione dicamus, prophe-
tam & Apostolum eodem spi-
ritu locutos fuisse credamus.
Contrarius enim sibi ipsi esse
non poterat idem spiritus, qui
vtrunque implebat, & ipse spi-
ritus, qui Deus est, per Pro-
phetam locutus est: Iacob di-
lexi, Esau autem odio habui. Ele-
ctio ergo Dei nunquam de-
fuerat, quæ ea quæ in tempori-
bus facta fuerant discernebat:
quia futura tempora non ele-
ctionis diuinæ, sed ipsa omniū
futurorum Naturalium causa
erat. Hinc redemptor noster
ad Ananiam de Saulo, non ad-
huc de Paulo dixit: Noli time-

Rom. 9.

AR. 9.

CONCORDIA.

re eum, quia vas electionis mi-
hi est. Intuere quòd dixit: Est,
non autem, Erit. Nam non
ideo electus est, quia Aposto-
lus esset: sed ideo Apostolus e-
rat, quia electus est. Deus ergò
noster bonorum omniũ crea-
tor est, malorum autem iustis-
simus ordinator. Tantò enim Rom. 9.
bonus omnibus est, vt benefa-
ciat etiam de malis. Nam si
mali non essent, nullæ rei vti-
que prodesse. Reddet ergo
Deus unicuique secundum o-
pera sua: quia vasis præparatis
in honorem, reddet vitam æ-
ternam. Et aptis in contume-
liam, debitam damnationem.
Nam & mali si vellent, boni
vtique esse potuissent. Boni au-
tem qui ex Adam nati sunt, cõ-
trariam legem in membris suis

KK iij

D. GREGORII.

vident: vt isti non consentien-
do per misericordiam ad præ-
mia perueniant: & illi consen-
tiendo per iustum iudicium ad
supplicium pertrahantur.

Ad Rom. x. *Omnis quicumque in-
uocauerit nomen Domini, saluus
erit. Et secundum Matt. vij.
Non omnis qui dicit mihi, Do-
mine, domine, intrabit in regnum
cælorum.*

INTERROGATIO.

V.

Ista dissona videntur, sed sci-
re volumus quomodo intel-
ligantur. Nam ibi dixit, Om-
nis: Hic dixit, Non omnis. Si
ergo omnis quicumque inuo-
cauerit nomen Domini saluus
erit, quomodo non omnis, qui
ingeminat nomen Domini, sal-
uus erit?

CONCORDIA.
RESPONSIO.

Aliud est, inuocare nomen Domini, aliud ingeminare. Nā illud semper inuocant boni, ingeminant autem mali: quia eandem fidei vocem, quam loquendo proferunt, moribus destruunt. Hinc de quibusdam Paulus ait: Deum se confitentur nosse, factis autem negant. Tit. 1.
Bonis nomen Domini inuocare, est in omnibus illi placere. Idcirco omnis, quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit.

Ad Rom. iiij. *Si Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum. In epistola Iacobi ij. Abraham, pater noster, nonne ex operibus iustificatus est?*

D. GREGORII.
INTERROGATIO.
VI.

ET si Abraham ex operibus
iustificatus est, apud quem
habet gloriam, si non apud
Deum, cuius amicus per Ia-
cobum dictus est: et si nulla ve-
ra gloria est, nisi apud Deum,
& nulla vera iustificatio, nisi
ab illo, quis iustificatus habet
gloriam sine Deo?

RESPONSIO.

Paulus apostolus contra Sa-
ducæos scripsit, sanctus verò
Iacobus de iustitia fidei dixit.
Illi ex operibus legis semetip-
sos iustificabant, nam Saducæi
latino sermone Iustificati. Per
iustitiam ergo fidei, qui iustifi-
bantur, fide, per charitatis o-
pera demonstrantur. Nā vt idē
Iacobus ait: Mortua est fides

Iacob. 2.

CONCORDIA.

sine operibus charitatis, nō legis. Sanctus autem Paulus contra habentem gloriam, sed non apud Deum: & contra Sadu- Rom. 3.
cæum semetipsum iustificante dirigit sermonem, dicens: Vbi est ergo gloriatio tua? exclusa est. Per quam legem? factorum? non, sed per legem fidei: arbitramur enim hominem iustificari sine operibus legis: ac si aperte diceret: Abraham, pater noster, ante tempora legis fuerat, sed tamen apud Dominum iustificatus, qui fidem, quam corde tenebat, operibus demonstrabat.

Ad Rom. xj. *Sine pœnitentia enim sunt dona, & vocatio Dei* In Gene. vj. *Pœnitet me fecisse hominē. Et in Samuele. I. R. eg. xv. Pœnitet me vixisse Saul in regē.*

D. GREGORII.
INTERROGATIO
VII.

CVM vnus idémque Do-
minus in patribus & in A-
postolo locutus est, quomodo
pœnituisse & non pœnituisse
ab his dictus est?

RESPONSIO.

Iaco. i.
Solerter intuendum nobis
est, quia patres locuti sunt de
Deo incommutabili mutabilia
faciente. Et Apostolus protu-
lit sermonem de incommuta-
bili prædestinatione. Hinc de
eodem Domino sanctus Iaco-
bus ait: Apud quem nõ est trās-
mutatio, nec vicissitudinis o-
bumbatio. Sed Deus præter
prædestinationē mutabilia fa-
cit. Per conuenientem etenim
vsum loquendi & iratus, & pœ-
nitens, & zelans & præsciens

CONCORDIA.

Dominus dicitur, sed sine ira.
iratus, sine poenitentia poeni-
tens, sine zelo zelans, sine pro-
uisionib⁹ præsciis intelligitur.

Ad Rom. xij. *Non est potestas ni-
si à Deo, quæ autem sunt, à Deo
ordinatæ sunt.* In propheta de
quibusdam regibus, Osee
vij: *Ipsi regnauerunt, & non
ex me.*

INTERROGATIO
VIII.

SI nulla potestas nisi à Deo,
quomodo dictum est, vera-
citer ab ipso, Ipsi regnauerūt &
nō ex me? Item si ipsi reges ex
Deo non erant, quomodo re-
ges per se regnasse dixerat: Per
me, inquit: reges regnant.

RESPONSIO.

D. GREGORIÛ.

Iob. 34.

Rom. 13.

Psal. 2.

Ex illo, & non ex illo reges
regnant, qui & potestatem à
Deo datam habent, & tamen
se ab eo accepisse stultè dene-
gât. Hinc per Prophetam scri-
ptum est: Qui regnare facit ho-
minem hypocritam propter
peccata populi. Propterea ergò
isti reges ex Deo non sunt, qui
non ex bono, sed propter pec-
cata populi regnare permisi
sunt. Item, Omnis potestas nõ
nisi à Deo est: quia non per se
mala, sed vtique bona est. Mala
autem sine bonis, & non nisi in
bonis esse possunt, & idcirco
nõ nisi in rationabilibus crea-
turis fiunt. Bonis ergo regibus
Spiritus sanctus comminando
loqui dignatur, cùm ad eosdẽ
Psalmistæ voce dicitur: Et
nũc reges intelligite, erudimini

CONCORDIA.

qui iudicatis terram.

Ad Rom. xiiij. *Scimus autem
quia nihil commune per ipsum.*

In Actib. Apost. xv. *Ut absti-
neatis vos ab immolatis simila-
crorum.*

INTERROGATIO
IX.

SI nihil rerum per ipsum est
cōmune, quid de mortuo,
& sanguine, & suffocato & ido-
lis immolato debemus sentire?
Nam ista non solum in veteri
testamento immunda esse le-
guntur, sed & in nouo gentes
credentes ab his abstinere, ab
Apostolis præcipiuntur. In-
tellectu igitur satis opus est,
quo pacto ista dissonantia sol-
ui possit.

RESPONSIO.

D. -GREGORII.

Marc. 7.

Dominus ac redēptor no-
ster secundum Marcum , dixit
quando de his sermonem ha-
bere voluit. Nihil est , inquit ,
extra hominem quòd possit
cum coinquinare , & hoc non
intelligentibus discipulis , in-
crepādo subintulit , dicens: An
& vos sine intellectu estis? nō-
dū intelligitis , quia omne quod
in os intrat , in ventrem vadit ,
& in secessum emittitur? Ergo
rudes adhuc Apostoli & nec-
dū à Spiritu sancto illuminati ,
sensu Iudaico credebāt , quòd
hominem non prohibitiones ,
sed res coinquinarent. Res au-
tem non coinquinant hominē ,
quæ in ventrem vadunt , & ex-
cunt : sed prohibitionis trans-
gressio , & quæ de ipsa proce-
dunt. Nā & primus homo non
propter

CONCORDIA

propter morticinum aut sanguinem aut suffocatum, sed propter poma immundus factus est, cum mandatum Dominicum, suadete sua coniuge, transgressus est. Sed sancto Petro quod dictum est audiam⁹, Acto. 10.
 vt de his quid sentire debeamus, intelligam⁹. Surge, inquit, ebidem.
 Petre macta, & manduca. Huic dicto Petrus intuenso literam respondit, dicens: Absit à me Domine, quia omne commune & immundum nunquam intrauit in os meum. Cui sub testificatione prohibitionis protinus responderetur. Quod Deus, inquit, purificauit, tu ne commune aut immundū dixeris. Hinc data est licentia Christianis, exceptis in nouo testamento prohibitis, vt manducet quod

LL

D. GREGORII.

velint cum moderatione, & gratiarum actione. Non ergo per se morticinum aut sanguis, ex natura immunda sunt, sed quia prohibita sunt, manducata hominem coinquinant. Et pomum nullam immunditiam naturalem habuit, sed māducare prohibitū, hominem coinquinauit.

1. ad Corinth. 1. Qui & confirmabit vos vsque in finem sine crimine in aduentu Domini. In epist.

1. Ioan. 1. Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.

INTERROGATIO X.

CUm seductio sit, æstimare se esse sine peccato, quod

CONCORDIA.

modo cōfirmamur à Domino
sine crimine in aduentu eius,
maximè cū etiam infans v-
nius diei non possit esse sine
peccato? Nunquid ergo & cri-
men peccatum est, sine quo
quis confirmatus à Domino
fieri potest?

RESPONSIO.

Sciendum profectò nobis
est, quia non omne peccatum
crimen est, attamen omne cri-
men peccatum est: sicut omnis
impius peccator est, non autē
omnis peccator, impius. Mini-
ma ergo & leuia, peccata dicū-
tur: crimina autem nisi magna
minimè leguntur.

*x. ad Corinth. iij. Dei enim sumus
adiutores, Dei agricultura estis.*

*Et in Iob xxvj. Cuius adiu-
tor es: nunquid imbecillus.*

LL ij

D. GREGORII.
INTERROGATIO
XI.

N Vnquid sanctus Paulus
approbando iustificat,
quod beatus Iob in Elihu dā-
nat: Cuius adiutor es? nunquid
imbecilli? Apostolus autem di-
xit, Dei sumus adiutores, Si er-
go bonum est, esse adiutores
Dei, quid Elihu reprehenditur
de adiutorio Dei.

RESPONSIO.

Nimirum scire nos cōuenit,
quia nonnulli defendendo
Deum offendunt: & sunt non-
nulli qui quantum in eis est,
causam Dei defendunt. Isti ve-
raciter prædicando Dei adiu-
tores sunt: illi increpando falla-
citer spiritus pro Deo satagūt,
sed satagendo offendunt. Isti
non ignoti sed cogniti de Deo

CONCORDIA.

loquuntur: illi etiam vera lo-
quētes à Deo minimè cogno-
scuntur. Domino de Elihu di-
cente: Quis est iste inuoluens
sententias sermonibus imperi-
tis? Quid est quòd Dominus
de illo interrogat, dicens: Quis
est iste inuoluens sententias: Iob. 38.
& tamen interrogando repro-
bat subiungens: Sermonibus
imperitis? Ille ergo sententias
veras dicebat, sed eas sermoni-
bus imperitis inuoluebat: quia
dicta sancti Spiritus de repro-
bis in Iob retorquebat: de quo
quia sine querela erat, Domi-
nus testimonium dederat. Non
eodem modo esse dicimus, Psalm. 63.
Deus adiutor noster in æter-
nū, quo dicimus: Dei adiutores
sumus. Ille enim non eget ad-
iutorio nostro: nos autem nihil

L L iij

D. GREGORII.
possumus sine illo.

1. ad Corinth. iij. Opus uniuscu-
iusque, quale sit, ignis probabit.
Secundum Matth. xix. Cum
sederit filius hominis in sede ma-
iestatis sue, sedebitis & vos super
sedes duodecim indicantes duo-
decim tribus Israel.

INTERROGATIO
XII.

ET dum uniuscuiusque o-
pus quale sit, ignis proba-
bit, nunquid & ipsi Apostoli
per ignem probabuntur, qui
non iudicandi, sed etiam iudi-
caturi duodecim tribus Israël
dicuntur? aut etiam illos ignis
probabit, cum quibus seipsum
numeravit sanctus Paulus di-
cens: Nos autem qui relinqui-
mur, simul cum illo rapiemur

1. Thess. 4.

CONCORDIA.

in nūbibus obuiam Christo in
aëra, & sic semper cum Domi-
no erimus.

RESPONSIO.

Si vim dictorum Christi
pensemus, hanc obscuritatē ip-
so illuminante, ad lucem per-
ducimus. Nā ipse dixit: Ignem Luc. 12.
veni mittere in terram, & quid
volo nisi vt accendatur? Spi- Aa. 1.
ritus quoque sanctus super A-
postolos descendens in specie
ignis apparuit, qui in signo ap-
parens infidelibus, fideles in-
tus vt ignis probauit. Opus er-
go vniuscuiusque quale sit,
ignis probabit: quia quos ignis
spiritalis in præsentī tēpore nō
examinat, in futuro iudicio per
ignem probat. Quicumque er- Rom. 8.
go spiritu Dei aguntur, hi filij
Dei sunt, qui, licet per ignem

LL iij

D. GREGORII.

probat, examinati sunt. Nam illum per impositionem manuum episcopi accipientes, nullatenus ab eo deuiarunt, sed etsi in aliquo delinquant, recognoscendo & confitendo corriguntur. Omnis enim, inquit Dominus, per ignem saluabitur: aut enim hinc per spiritalem, aut illic per corporalem ignem probabitur. Nimirum ergo sicut non omnis in die iudicii per ignem probabitur, ita in ipsa eademque die non omnes omnino iudicabuntur, Domino teste qui ait: Qui credit in filium non iudicabitur, qui autem incredulus est, iam iudicatus est. Quosne ergo ignis futurus probabit, si Deus nec credulos, nec incredulos iudicabit? Sed quasi à nobis interrogaretur,

Ioan. 3.

CONCORDIA.

Quod ergo erit iudicium? pro- Ibid.
tinus subiunxit dicēs: Hoc est
iudicium, quia lux venit in mū-
dum, & dilexerunt homines
magis tenebras, quàm lucem.
Hi ergo soli in die iudicij iudi-
cabuntur, qui licet lucem sci-
rent venire, sed tamē magis te-
nebras diligere dicuntur. Nam
qui in tenebris manent, iam iu-
dicati sunt: qui autem nihil te-
nebrarum habent, sine vllō
iudicio ad lucem pertinent.
Illi verò qui licet baptizati
sunt in futuro iudicandi erunt.
De illis ergo solis iudicium ha-
bebitur, vt aut ad lucem, aut ad
tenebras plus pertinere de-
beant, demonstretur. Resur-
gent ergo isti, vt iudicētur, im-
pij vt damnētur: quia & illi re-
surgēt, sed non in iudicio, Psal-

Pfal. I.

D. GREGORII.

mista testante qui ait: Non resurgunt impij in iudicio.

I. ad Corinth. iij. Nolite ante tempus iudicare. Ad Philip. iij. Multi ambulant, quos saepe dicebam vobis, nunc autem & flens dico inimicos crucis Christi, quorum finis interitus.

INTERROGATIO.
XIII.

DVm Paulus apostolus ad Corinthios loquens, prohibuit ante tempus iudicare, cur ipse quasi ante tempus iudicando de quibusdam videtur dicere, Quorum finis interitus?

RESPONSIO.

Christus in Paulo locutus futura iam quasi praeiterita agnoscit. & idcirco, etiam Paulò di-

CONCORDIA.

cente, nihil ante tempus iudicauit. Nam & sanctus Spiritus per apostolum Petrum ad Simonem magum ait: Non est tibi pars neque sors in hac vita: quia Simonis magi futura, quasi præterita Petro in Spiritu sancto fuerat reuelata: à quibus autem futura vt præterita minimè videntur, a Domino ante tempus iudicare prohibetur: de quibus & per Prophetam increpando dicitur: Væ iis, qui prophetant de corde. De corde nanque prophetare, est ex sola præsumptione non per Spiritum sanctum aliquid dicere.

Aa.s.

Eccl. 13.

I. ad Corinth. vij. *Volo omnes homines esse, sicut meipsum.* Et ad Timoth. i. cap. v. *Volo autem*

D. GREGORII.

*iuniores nubere, filios procreare,
matres familiæ esse.*

INTERROGATIO
XIIII.

NUnquid duas voluntates
sibi metipsis contrarias ha-
buit sanctus Paulus, qui aliter
ad Corinthios, aliter ad Ti-
motheum se voluisse dixit? Nā
de non nubendo videtur di-
xisse ad Corinthios: de nuben-
do verò scripsit ad Timotheū:
Ibi omnibus hominibus, sicut
ille erat, vt essent, voluit: hīc, a-
dolescentiores vt nubant, se
voluisse scribit.

RESPONSIO.

Nobis solerter intuendum
est sanctum Paulum concio-
natorem Ecclesiæ fuisse, & ex
multorum personis sermones
diuersos iam protulisse. Nam

CONCORDIA

ibi ex persona virginum dixit:
Volo omnes homines esse si-
cut meipsum. Hic ex persona
volentium nubere scripsit: Vo-
lo iuniores nubere, filios pro-
creare, matresfamilias esse. Si-
cut & Salomon ex multorum
personis in Ecclesiaste loqui-
tur, qui latino sermone cōcio-
nator exprimitur. Nam ibi ex
persona quorundam dicentiū,
scripsit: Nōne melius est mā-
ducare & bibere? Ex persona
autem perfectorum intulit di-
cens: Melius est ire ad domum
luctus, quā ad domum con-
uiuī. In ipsa enim, finis cūcto-
rum admonetur hominum: in
hac enarrabatur etiam virtus
fortium. Mira ergo dispensa-
tione largitoris agitur, vt etiā
de coniugatis electi prāmum

Ibid. Li. 4.
Moral. ca. 1

Eccles. 2.

D. GREGORII.

Luc. 2.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

1.

2. Cor. 7.

virginitatis recipiant, quam
quam omnes virgines esse nō
possunt. Voluntas nāque per-
fecta faciendi, reputatur pro
opere facti. Hinc nato Domi-
no sancti Angeli dixerūt: Glo-
ria in excelsis Deo, & in terra
pax hominib⁹ bonæ volūtatis.
Quod ergo vnusquisq; nostrū
in semetipso agit voluntarius,
hoc recipiet à Domino: quasi
de omnibus hominibus, Sed &
maleuolus econtrā cogitet, ne
quasi de malis omniū iniquo-
rum damnetur: quia sicut mise-
ricors, ita & iustus est. Matri-
monium igitur & virginitatem
Paulus laudauit, sed virginita-
tem matrimonio prætulit, di-
cens: Qui matrimonio virgi-
nē suam iungit, bene facit: qui
autē non iungit, melius facit.

CONCORDIA.

Quia ergo vtrunque bonū vidit in spiritu, vtrunq; profectō fieri voluit.

1. ad Cor. vij. *Ceteris ego dico, non Dominus: Vxorem à viro non discedere, sed cisi discesserit, manere innuptam.* Et 2. ad Corinth. xij. *An experimentū queritis eius qui in me loquitur Christus?*

INTERROGATIO
XV.

SI continuè in Paulo apostolo loquebatur Christus, quid ergo fatetur se aliquid dicere, & non Dominum?

RESPONSIO.

Si duos prophetas in mediū proferamus, hanc nimirum dissonantiam citō soluemus. David quippe, quia nō conti-



D. GREGORII.

2. Reg. 7.

Ibidem.

nuè spiritum prophetiæ habuit
interrogando alterum pro-
phetam demonstravit. Et Na-
than de constructione templi,
quia & ipse in illa hora spiritum
prophetiæ non habuit, hoc
dicendo declaravit: Omnia,
quæ sunt in corde tuo, fac. Do-
minus enim tecum est in omni-
bus. Sed Spiritus sanctus adue-
niens, construi templum à san-
guinario bellisq; dedito pro-
hibuit, & hoc à David fieri per
eundem Nathan contradixit.
Consilia ergo non continuè
habentium spiritum prophe-
tiæ, aliquando prætermittenda
sunt. Nam consilium Nathan
à David debuit prætermitti:
cōsiliū autem Apostoli Pau-
li à Christianis debuit semper
observari. Aliqua nāque con-
sil

CONCORDIA.

Illa infra mandata, qui implet,
tantum iustus est : qui verò
trāscendit, iam perfectus est.

Nam consiliādo Dominus ait:

Si vis perfectus esse, vade, ven- Matth. 19.
de omnia, quæ habes, & da pau-
peribus, & veni, sequere me, &
habebis thesaurum in cælo.

Et idem Paulus eundē habens
spiritum, consilium dedit, non
Dominus: De virginibus autē 1. Cor. 7.
præceptum Domini non ha-
beo, consilium autem do.

Ista cōsilia in mādatis vtrique
non sunt, sed supra mandata:
ideòq; maiora præmia acqui-
runt.

1. ad Corint. x. *Fidelis Deus,*

*qui non patietur vos tentari
supra id, quod potestis. & 2.*

*Corinth. i. Nolumus autem
ignorare vos fratres, de præf-*

MM

D. GREGORII.

supra nostra, qua nobis facta
est in Asia: quoniam supra
modum, & supra virtutē gra-
uati sumus.

INTERROGATIO

XVI.

ET si supra virtutem grava-
mur, quomodo grauari
nos Deus non patitur? Item, si
supra virtutem non grauamur,
quomodo supra virtutē grava-
ri dicimur?

RESPONSIO.

Ut istam dissonantiam cele-
rius dissoluamus, ad propheti-
cum testimonium recuramus,
ubi ait: Quia vana salus homi-
nis, in Deo faciemus virtutem.
Frequenter ergo grauari dici-
mur supra humanā fragilitatē,
quia vana salus hominis est: sed

Psal. 59.

CONCORDIA.

nunquam grauiamur supra Dei
virtutē, quia ille medicus est.
AEgrotus ergo sub manibus
medici aliquando plorat: quia
quo pacto ad salutem perue-
niat, ignorat: sed sapiēs medicus
plerunque secatur, vt ægrotum
quoque ad salutem perducatur.
Paulus ergo intuen- do fragili-
tatem suam, grauari se dixit su-
pra virtutem: sed vltius ait:
Omnia possum in eo qui me Philip. 4.
confortat.

2. ad Corinthios. v. Et co-
gnouimus secundum carnem
Christum. Secundum Lu-
cam. x. & iij. Palpate & vi-
dete, quia spiritus carnem &
ossa non habet, sicut me vide-
tis habere. MM. ij.

D. GREGORII.
INTERROGATIO
XVII.

Quomodo cōcordant ver-
ba discipuli verbis Chri-
sti magistri sui? Hoc Christum
dixisse post resurrectionem le-
gimus, & de ipso eodē nque
tempore Paulus ait: Sed nunc
iam nouimus. Quid ergo? Nū-
quid hoc quod confitetur
Christus, hoc nosse se denegat.
Apostolus?

RESPONSIO.

Dominum ac redemptorem
nostrum secundum carnem co-
gnouimus vixisse, hoc est, abs-
que yllo peccato, verum ho-
minem se in omnibus demon-
strasse: sed post resurrectionē
idcirco non nouimus, quia car-
nem illius in æternum victurā
sine alimentorum sustentacu-

CONCORDIA.

lis manere credimus. Esurien-
tem ergo & sitientem, & ab iti-
nere fatigatum ante passionē,
& ipsa passione minoratum ab
Angelis legimus: sed subiectis
sibi Angelis & potestatibus &
virtutibus, eum hæc operari
nunc iam non nouimus. Con-
fiterur ergo Dominus se habe-
re veram carnem post resurre-
ctionem, sed Paulus nunc iam
non nouit, vt erat ante passio-
nem. Sed hoc testimonium id-
circo Paulus protulit, veteri
homine deposito, vt renoua-
tionis formā insinuaret, dicens: Rom. 6.
Vt sicut Christus resurrexit à
mortuis, ita & nos in nouitate
vitæ ambulemus.

2. ad Corinth. xj. *Existimo enim
me nihil minus fecisse à magnis
Apostolis.* 1. Corinth. xv. Ego

MM iij

D. GREGORII.

*sum minimus Apostolorum, qui
nō sum dign⁹ vocari Apostolus.*

INTERROGATIO

XVIII.

DVm minimum Apostolo-
rum Paulus se esse confi-
tetur, quid nihil minus fecisse
à magnis Apostolis se testatur?

RESPONSIO.

1. Cor. 15.

Sciendum est, quòd crimina
præsentia Paulus non habuit,
& idcirco peccata iam dimissa
humilitatis gratia ad memo-
riam reduxit: Ego sum mini-
mus Apostolorū, qui non sum
dignus vocari Apostolus, quo-
niam persecutus sum eccle-
siam Dei. Habens autem ser-
monem de hæreticis & pseu-
doapostolis, profiteretur se nihil
minus à magnis apostolis fecis-
se. Bene agentium ergo Apo-

CONCORDIA.

stolus per humilitatem erat minimus, sed contra delinquentium pseudoapostolorum vitia per zelum iustitiæ erectus.

Ad Galat. i. *Paulus Apostolus non ab hominibus neque per hominem, sed per Iesum Christum, & Deum patrem, qui suscitauit eum à mortuis.* ad Timoth. ij. *Mediator Dei & hominum homo Iesus Christus.*

INTERROGATIO

XIX.

N Unquid per hominem Iesum Christum Paulus vocatus est in Apostolatū, qui se nō ab hominibus neque per hominem vocat Apostolum?

RESPONSTIO.

Hoc est, per præsentiam humanitatis ante passionem, sed

MM iiij

D. GREGORII.

Aa. 9.

ex vocante. Apostolus electus
est post resurrectionem, Do-
mino ad Ananiam dicēte: Noli
timere eum, quia vas electio-
nis est mihi.

Ad Galat. i. Si adhuc hominibus
placere, Christi servus non es-
sem. i. Corinth. x. Sicut per om-
nia omnibus placeo.

INTERROGATIO
XX.

SI Paulus per omnia omni-
bus placet, quomodo pla-
cendo hominibus, Christi ser-
vus non est?

RESPONSIO.

Placet Paulus, & non placet:
namque in rebus non prohi-
bitis, sed in prohibitis minimē
placuit: factus est enim omnia
omnib⁹, vt omnes lucrificeret.

i. Cor. 9.

CONCORDIA.

Ad Ephes. ij. *Et eramus naturæ
filij iræ, sicut & ceteri. In Gen.
1. Et vidit Deus omnia quæ fe-
cit, & erant valde bona.*

INTERROGATIO
XXI.

Cum sint benedicta & om-
nia valde bona, quæ Deus
creavit, quomodo homines fi-
lios iræ ex natura Paulus scri-
psit?

RESPONSIO.

Omnipotens Deus omniū
naturalium creator est, & om-
nis natura, in eo quod natura
est, bona est. Mos nanque con-
firmatus longo tempore, vim
quodammodo obtinet natu-
ræ. Hinc Paulus ait: Eramus na-
tura filij iræ, ac si aperte dice-
ret: Cum eramus sani, deueni-
mus ægroti, & ex ipsa pessima

consuetudine, eramus quasi ex
natura filij iræ.

Ad Ephes. iij. *Mibi minimo om-
nium Sanctorum data est gratia
hæc inter gentes, euangelizare in-
uestigabiles diuitias Christi. In
Psalm. viij. Confitebor tibi Do-
mine, in toto corde meo, narrabo
omnia mirabilia tua.*

INTERROGATIO

XXII.

Quid est hoc? Nunquid o-
nia mirabilia Dei poterāt
ab ipso etiam Propheta narra-
ri, cum Paulus Apostolus scri-
pserit inuestigabiles esse diui-
tias Christi? Sed & ipse Paulus
quomodo non est sibimetipſi
contrarius in eo, quod ait, euā-
gelizare inuestigabiles diuitias
Christi?

CONCORDIA.

RESPONSIO.

Et narrantur ergo omnia mirabilia Domini, & inuestigabiles sunt diuitiæ Christi: quia & narrando omnia in breui simul complectuntur, & tamen in ænigmate videntibus ex parte cognoscuntur. Nam cum de Deo aut de præfenti seculo, vel de futuro aliquid narratur, omnia in breui simul sermone complectuntur, & hæc quia sunt, ab auditoribus audiuntur. Quomodo autem aut qualia sint, etiam à prædicatoribus non intelliguntur. Hinc prædicator egregius ait: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ illius. Psalmista autem vt omnia simul narraret,

ROM. II.



Psalm 113.

D. GREGORII.

de Domino ait: Omnia quæcū
que voluit, fecit: non solum de
creatore, sed etiā de ipsis crea-
turis quales sunt, narrauit.

Ad Philip. iij. *Quæ quidam retro
sunt obliuiscens, & in futurum
cenualescens. 2. Ad Timoth.
iiij. Certamen bonum certavi,
cursum consummaui, fidem ser-
uaui.*

INTERROGATIO

XXIII.

ET dum ista præterita Apo-
stolus ad memoriam re-
duxit, quomodo ea, quæ retro
sunt obliuisci se dixit?

RESPONSIO.

Quò magis temporibus, &
rationi congruunt, quæ profe-
runtur, eò celerius ab audito-
ribus intelliguntur. Nam Paulus

CONCORDIA.

Apostolus causa confirmatio-
 nis suæ ista enumeravit, quia
 tempus resolutionis suæ pro-
 prius instabat. Scriptum quippe
 est: In die bonorum, ne im-
 memor sis malorum: & in die ma- Eccle. 11.
 lorum, ne immemor sis bono-
 rum. Paulus ergo præterita o- 1. Cor. 15.
 bliuiscens, non erat immemor
 malorum, quando dixit: Non
 sum dignus vocari Apostolus,
 quoniã persecutus sum Eccle-
 siam Dei. Iterum, appropin-
 quãte die resolutionis suæ im-
 memor non erat bonorum, di-
 cens: Certamen bonum certa- 2. Tim. 4.
 ui, cursum consummaui, fidem
 seruaui. Solent quippe sancti
 viri hoc proprium habere, vt
 prospera in aduersis, & in pro-
 speris aduersa pertimescant.
 Hinc beatus Iob in prosperis

D. GREGORII.

Iob. 38.

cum erat, timuisse se dixit: Semper enim quasi tumentes super me fluctus, timui Deum. Item cum erat in aduersis, bona praterita, quae egerat, ad memoriam reuocauit, dicens: Oculus fui caeco, & pes claudor.

Iob. 29.

pater eram pauperum, & causam, quam nesciebam, diligentissime inuestigabam. Sancti ergo viri vtrunque alternatim dicunt, quatenus ne extollantur in prosperis, nec desperatione frangantur in aduersis.

Ad Philip. iiij. Si qua virtus, se qua laus disciplina, haec cognate, quae & didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me. In parabolis Salomonis xxvij. Laudet te alienus & non es tuum: extraneus, & non labia tua. *ergo in hoc laus tuae*

CONCORDIA.
INTERROGATIO
XXIIII.

SI nulli laudare seipsum ore proprio licuit, cur Paulus bona enumerans de seipso dixit: *Quæ & vidistis in me?*

RESPONSIO.

Aliter est loqui de corde proprio, aliter in Spiritu sancto. Nā Paulus in aduersis carceris bona se egisse in spiritu meminit. & idcirco non ore proprio dixit: quia prospera in aduersis cōmemorari debuit: de semetipso autem loqui laudanti, & propriam gloriā quærenti veritas ait: *Qui à semetipso loquitur, gloriā propriam quærit: qui autem quærit gloriā eius, qui misit eum, hic verax est. Sed idem Paulus. Non, inquit, qui semetipsum.* 2. Cor. 10.

600



commendat, ille probatus est.
 Ille ergo nimirum commēda-
 tur, qui nec in spiritu sancto,
 nec in aduersis prospera de se
 narrat.

Ad Philippenſes. iiii. *Vbi-
 q; & in omnib; inſtitu^o ſum:
 cio & ſaturari & eſurire.*
 In ſancto Euangelio ſe-
 cundum Lucam vj. *Vt
 vobis qui ſaturati eſtis, quia
 eſurietis.*

INTERROGATIO XXV.

CUm vā ſaturati Domi-
 num dixiſſe Euangelista
 narrauerit, Cur Paulus Apoſto-
 lus ſaturari ſe ſcire dixit? aut
 quid magni eſt, ſcire ſaturari
 & eſurire, cum hoc omnium a-
 nimantium videatur eſſe cō-
 mune?

CONCORDIA

RESPONSIO.

Omnipotens & verax Deus,
væ saturatis dixit : quia satu-
rari nescientes, nec gratias agē-
tes, eos intemperatos vidit.

Magnæ namq; discretionis est,
faturari scire, hoc est, cum mo-
deratione & gratiarum actio-
ne alimentâ percipere. Qui
enim, inquit Paulus, manducat,
Domino manducat, gratias Roma, 14
enim agit Deo. Ipsi ergo satu-
rari nesciunt qui tunc solum
manducare desinunt, quando
carne imperante, manducare
nolunt. Et isti e contrario
Domino manducant, qui sem-
per temperati, largitori gratias
agunt.

1. Ad. Thessalo. ij. Ego quidem
Paulus! & semel & iterum vo-

NN

GREGORII.

lui venire ad vos, sed impeditie
nos satanas. Secundum Lu-
cam xxij. Simon, ecce satanas
expetiuit vos, ut cribraret, sicut
tritum: ego autem rogaui pro te,
ut nō deficiat fides tua.

INTERROGATIO
XXVI.

Quomodo idem satanas
cribrare sanctum Petrum
sicut voluit, nō permittitur, &
quasi per se potuisse impedi-
re à Paulo scribitur? Et si Pau-
lus Apostolus Dei volūtati in
hoc congruit, cur iterum illum
satanas impediuit?

RESPONSIO.

Indubitanter nobis scien-
dū est, quod diabolus volunta-
tem tentandi semper habet:
quomodo autem, & quantū &
quando faciat, potestate caret.

CONCORDIA.

In tantum enim eum Creator
aliquid in seculo agere permit-
tit, quantum ante secula sine
termino in predestinatione ha-
buit: & quia sanctos suos Do-
minus plerunque per satanam
probat, idcirco quasi ipse sa-
tanus impediatur, Paulus indicat.
Sed inter hæc sciendum est,
quia plerunque omnipotens
Deus facit voluntatem consilij
sui, etiam per maleuolam vo-
luntatem serui sui. Aliquando
autem boni serui ea desiderare
conceduntur, quæ ita, vt desi-
derant, à Domino non permit-
tuntur. Abraham quippe præce-
pto Dei obedire voluit, sed de-
collari Isaac idem Dominus
non permisit, & hanc volunta-
tem omnino perfectam remu-
nerauit dicendo: Quia non pe-
NN ij

D. GREGORII.

Genes. 22.

2. Reg 7.

percissi filio tuo vnigenito, benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum. Et David de voluntate cōstruendi templi laudatus fuit, licet ad hoc cōstruendum in re non peruenerit. Et dum ista specialiter locuti sumus, quomodo sunt generaliter videamus. Plagae namque generis humani à iusto iudice dispensatae sunt, sed electi Dei charitate iam pleni, eas fieri nolūt. Et cōtra Deum ergo volunt, & ab ipso non discedunt, sed de omnibus plagis gratias agunt. Sed vt manifestius sit, quod loquimur, per exempla demonstrando gradiamur. Verbi gratia: Aliquis filius si o ministrat patri, quem, quia pius est, non vult etiam mori. Sed & cūm aegrotos,

CONCORDIA.

quos Dominus castigat, visita-
mus, vt sani deueniant, satis
desideram⁹. Ista ergo cū vo-
lumus, quasi discordando Dei
voluntati discordamus. Item
cū Dominus humano generi
bona fieri iubet, nostra vo-
luntas non contraria, sed con-
gratulus esse debet, quatenus
est perfecta, sed idcirco pij Do-
mini & iustitia iudicis laudan-
da sit.

1. Ad Theſſ. iij. *Et in tuba Dei*
descendit de cælo. In Apocal.
viiij. *Et septem Angeli qui ha-*
bebant septem tubas, prepara-
uerunt se, vt tuba canerent.

INTERROGATIO

XXVII.

ET dū in tuba Dei de cæ-
lo descendet Christus, in
N N iij

D. GREGORII.

qua de iis septem creditur descensurus? Si in septima, quomodo præcesserunt cæteræ? Si in prima, quomodo secuturæ sunt aliæ?

RESPONSIO.

Math. 28.

1. Cor. 15.

Idcirco septiformis Spiritus descendit in Apostolos, ut quasi septem tubis acceptis, intonarēt in populos. Et Christus ad eorum posteros sub illorum persona promisit, quòd apud ipsos vsque ad consummationem seculi māsurus sit, dicens: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad cōsummationem seculi. Septima ergo prædicatio, quasi septima tuba ad cōsummationem seculi pertinet: quia finita senaria prædicatione, nouissima tuba canet. Canet enim, inquit Pau-

CONCORDIA.

lus, & mortui resurgēt incorru-
pti. Et licet credere, per nouis-
simam tubam, significari septi-
mam prædicationem: tamen at-
tendimus Euangelicam lectio-
nem, vbi ait de filio hominis:
Et mittet Angelos suos cum Matth. 24.
tuba & voce magna, & congre-
gabunt electos eius, à quatuor
ventis, à summis cœlorum vs-
que ad terminos eorum. Scien-
dum etenim est, quia & vox
quasi tuba audita est in monte
Sinai, quando populus Israël
accepit decalogum verborum
Dei, quam qui audierunt, ex-
cusauerunt se, ne eis iterum fie-
ret. Sed tunc omnino locutus
est per subiectam creaturam,
profectò nō per propriam na-
turam, sicut & ad filium suum
locutus est, postquam à Ioan-

NN iiij

Matth. 3.

D. GREGORII.

ne idem filius baptizatus est,
dicēte Patre: Hic est filius meus
dilectus, in quo mihi benè cō-
placui. Qui quod significa-
batur in voce, omnino pater-
næ diuinitatis est: syllabæ au-
tem, & sonitus syllabarū pro-
fectò creaturarū erat. Cū er-
go talem consuetudinem ha-
beant sancti Angeli, æriis cor-
poribus vestiri, sicut potuerunt
ab aliquantīs patribus videri:
nihil nimirum obstat intelligi,
quia tali tuba tunc cantaturi
sunt, quando nouissimè in die
ultimo intonabunt, quando
mortuorum dormitiū cor-
pora resuscitabuntur. *hoc est
ad Timoth. 1. Sed misericordiā
sum consecutus, quia ignorans
feci in incredulitate.* Ad eun-

CONCORDIA.

dem ibid. *Fidelis sermo, & om-
ni acceptione dignus: quia Chr-
stus Iesus venit in hunc mundum
peccatores saluos facere, quorum
primus ego sum.*

INTERROGATIO

XXVIII.

Quid te excusas sancte Pau-
le, in vno, & Christianos
accusas in altero, dū per igno-
rātiā erat, quicquid commi-
sisti, quia cum venia omnium
peccatorum primus fuisti, ma-
ximē cum nec tempore nec
magnitudine peccatorum in-
ueneris ita fuisse?

RESPONSIO.

Sciendum est, quod tribus
modis peccatum admittitur:
aut enim ignorantia, aut infir-
mitate, aut studio perpetratur:
& grauius quidem infirmitate,

D. GREGORII.

quàm ignorantia: similiter studio grauius, quàm infirmitate. Excusas ergo teipsum sancte Paule, per veram rationem, & Christianos accusas per humilem confessionem: vt veraciter iustus, accusator tui fuisti in vno, & gratias agens de Domini misericordia Dominum laudasti in altero.

ad Timoth. ij. Qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. In Psal. cxij. Deus autem noster in cælo & in terra, omnia quacunque voluit, fecit.

INTERROGATIO

XXIX.

CUm Deus omnia, quæcunque voluit, fecit, nunquid totum genus humanum ad sa-

CONCORDIA.

lutem perduxit? aut si hoc agere noluit, quomodo sanctus Paulus voluisse scripsit, dicēs: Qui vult omnes homines saluos fieri?

RESPONSIO.

Indubitanter credendū est, quia non alia Deus in temporibus fecit, quā quæ ante tēpora præsciuit, & prædestinauit. Sed hoc nimirum intelligendum est, quia omnipotens Deus aliquid in sacra scriptura se agere dicit, quod non per propriam naturā, sed per creaturam profectō agit. Sicut ad patrem Abraham dixerat, cū occidi Isaac omnino nolebat, dicens: Nunc cognoui quia tu times Deum: hoc est, nunc cognoscere te feci, quod sine ullo termino ego cognoui.

Genes. 22.

Ezech. 33. Et sicut in Ezechiele de impijs ait: Nolo mortem impij: hoc est, feci nolentem mori, licet hoc ipse agat, unde ad mortem perueniat, in natura eius posui, quòd nequaquam velit mori. Vult ergo Dominus omnes homines saluos fieri, qui in hoc utique sunt conditi, quod volunt, licet indigni, semper esse salui. Seu Deus omnes homines vult saluos fieri, quia saluos fecit ex omni ordine generis humani, scilicet, reges ex regibus, duces ex ducibus, & ex viris & ex mulieribus, & ex omnibus omnino hominib⁹. Hoc ergo genere locutionis loqui poterat Paulus cum diceret:

1. Timot. 2.

* Lucam.

Luc. 11.

Qui vult omnes homines saluos fieri. Quoniam secundum
* Marcum Euangelistā, locutus

CONCORDIA

est etiam ipse Dominus dicēs:
Væ vobis scribæ & Pharifæi,
qui decimatis menthâ, & omne
olus: hoc est, omne olerum ge-
nus. Vnde enim poterant vni-
uersa decimare, qui omnino
non valebant cuncta simul cō-
gregare?

*1. ad Timoth. ij. Docere autem
mulieri non permitto, ad Tit. ij
mulieribus benedocentes, vt pru-
dentiam doceant.*

INTERROGATIO XXX.

Cum Paulus Apostol' do-
ccere mulieri omnino. non
permittat, quid de mulieribus
scribens, benedocentes dixit,
vt prudentiam doceant?

RESPONSIO.

D. GREGORII.

In planioribus non debem⁹ diutius impediri, vt aliquāto latiūs in obscurioribus libeat immorari. Bene docentes ergo dictæ sunt mulieres, non viros, sed suas iuniores. Vt prudentiā, inquit, doceant, quatenus cum filiabus suis doctrina sua agāt, vnde ad æternā vitam perueniant.

I. ad Timothe. v. *Peccantes, coram omnibus argue, vt & ceteri videntes, timorem habeant. Secundum Matth. xvij. Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipsum solum.*

INTERROGATIO
XXXI.

DUm discipulo distante peccans coram omnibus

CONCORDIA.

arguendus est, quid ipse magister veritatis, inter te & ipsum solum locutus est?

RESPONSIO.

Hanc quæstionem celerius absoluemus, si vim dictorum diligentius consideremus. Ibi dixit, Peccantes, sed non addidit, in quem: Hic dixit, si peccauerit in te. Si ergo occultè in te peccauerit frater tuus, & tu vis coram omnibus argue-
re, non es corrector, sed proditor. Peccâtes autem in Deum, coram omnibus increpa, vt illud verbum, argue, ad sequentem vocem adiugas. Hinc Paul^o ait: Cum venisset Petrus Antiochiam, in faciem illi restiti, eo quod non rectè incederet ad fidem Euangelij. Et post pauca, dixit Petro coram om-

Galat. a.

D. GREGORII.

ribus: ac si dixisset, eo quod simulationem coram omnibus habuisset: Si tu, inquit, Iudæus cum sis, gentiliter vis, & non Iudaicè, quomodo gentes cogis Iudaizare? Occulta ergo peccata possunt occultè corrigi: & publica peccata coram omnibus debent argui, ut & cæteri timorem habeant. Quicquid enim mentem mouet aliorum, nequaquam reticendū est, sed cum magna humilitate proferendum est.

I. ad Timoth. vj. Quem videt nullus hominum, sed nec videre potest. & I. Ioan. iij. Scimus qui cum apparuerit, similes ei eramus quoniam videbimus eum sicut est.

INTERROGATIO

XXXII

Cum

CONCORDIA.

CUm Paulus Apostolus dixerit, quod nullus hominū Deum vidit, sed nec videre potest, quomodo sanctus Ioannes scripsit: quoniam videbimus eum sicuti est?

RESPONSIO.

In his duobus testimoniis sanctis duo Apostoli omnino dissonant, sed dissonando veraciter concordant. Sed inter hoc sciendum est, quia omnipotens Deus antiquis patribus non in sua propria natura monstrabatur, sed etiam per creaturam cum Moyse, quasi amicus cum amico loquebatur. Nemo enim, inquit, videbit me & viuet. Hoc utique congruenter conuenit ad illud quod Paulus Apostolus ait: Quem nullus hominum videt. Quod autem ait.

Exod. 33.

OO

D. GREGORII.

Sed nec videre potest, ad illud
conueniat quod sanctus Ioan-
nes dixit: Quoniam videbimus
eum sicuti est. In ista ergo vita
1. Ioan. 3. posteriora sua Dominus per
creaturas monstrauit: quia ad-
huc peregrinantibus filiis na-
tura propria: veritatem occul-
tat, eodem Ioanne attestante,
qui ait: Charissimi, nunc filij Dei
Itidem. sumus, & nondum apparuit, quid
erimus: scimus quoniam cum
apparuerit, similes ei erimus,
quoniam videbimus eum sicu-
ti est. Ex hoc testimonio intu-
endum est, quod Paulus ait. Sed
nec videre potest: ac si aperte
diceret: Tandiu unusquisque
filius caelestem patrem videre
non potest, quandiu in hac vi-
ta peregrinus, patri vixque dif-
finitus est. Sed unusquisque e-

CONCORDIA.

lectus. Deum non per creatu-
ras, sed sicuti est, videre pote-
rit, cum quid erit, apparuerit, &
similis ei fuerit. Vel certè vt i- Ioan. 1.
dem Ioannes Euangelista ait:
Deum nemo vidit vnquam,
quasi manifestius diceret: Sicut
est, videt in se. Nulla enim cre-
atura firmè intelligit Deum,
quemadmodum Deus intelli-
git semetipsum. *cap. 1. obusq.*

Ad Timoth. 1. In quo positus
sum ego predicator, & Aposto-
lus, & magister Gentium. Secū-
dū Matth. xxij. Vos autem no-
lite vocari rabbi; vnus est enim
magister vester, qui in caelis est.

INTERROGATIO

XXXIII.

Cum Dominus Apostolis
suis dixerit: Nolite vocari

OO ij

D. GREGORII.

nomine magistrorū, quid Paulus Apostolus Christi, confite-
tur se magistrum fuisse Gen-
tium?

RESPONSIO.

Nunquam sermo Domini
prohibentis à Paulo Apostolo
contemnebatur: sed ab omni-
bus credentibus insinuabatur,
ne sub nomine Apostolorum
à pseudo-Apostolis seducere-
tur, sed cum magistrum, in quo
Christus loquebatur, seque-
retur.

2. Ad Timoth. iij. *Alexander a-
rarius multa mala mihi osten-
dit, reddat illi Dominus secun-
dum opera sua. Et post pauca
In prima mca, inquit, defensione,
nemo mihi affuit, sed omnes me
dereliquerunt: non illis impu-
retur.*

CONCORDIA
INTERROGATIO
XXXIII.

Q Vid Paulus de Alexandro
scribens optando dixit,
Reddat illi Dominus secundum
opera sua. Et aliorum misertus,
optando locutus est, Non illis
imputetur.

RESPONSIO.

In vno eodēque spiritu Pau-
lus præuidit, qui tam vtraque
diuersa ad Timotheū scripsit,
quod Alexander duricors ad
Deum numquam conuertere-
tur, & aliis gentibus per veram
præsentiam antea non im-
putarentur.

FINIS.

OOij

INDEX SINGVLO-
rum Capitum in D. Gre-

gorij Flores.

A Bnegatio sui. cap. 1.

Aduerfitas. cap. 2.

Adulatio. cap. 3.

Amor æternæ vitæ. cap. 4.

Amor Dei & proximæ. cap. 5.

Amor mundi. cap. 6.

Angelus. cap. 7.

Anima. cap. 8.

Ascensio Christi. cap. 9.

Antichristus. cap. 10.

Auaritia. cap. 11.

Baptismus. cap. 12.

Breuitas vitæ. cap. 13.

Bonum. cap. 14.

Charitas vide tit. Dilectio.

Carnis & mentis nostræ

miseria. cap. 15.

Cogitatio. cap. 16.

Contemplatio Dei. cap. 17.

| | |
|------------------------|----------|
| Cognitio Dei. | cap. 18. |
| Cognitio sui. | cap. 19. |
| Confessio. | cap. 20. |
| Conscientia. | cap. 21. |
| Consuetudo. | cap. 22. |
| Compassio. | cap. 23. |
| Consolatio. | cap. 24. |
| Compunctio. | cap. 25. |
| Corpus Christi. | cap. 26. |
| Continentia. | cap. 27. |
| Conuiuium. | cap. 28. |
| Confortium. | cap. 29. |
| Consilium. | cap. 30. |
| Concordia. | cap. 31. |
| Correctio. | cap. 32. |
| Conuiuium. | cap. 33. |
| Commendatio. | cap. 34. |
| Condénatorú cruciatus. | cap. 35. |
| D eus. | cap. 36. |
| D electatio. | cap. 37. |
| Detractio. | cap. 38. |
| D iabolus. | cap. 39. |

| | |
|-----------------------|----------|
| Discordia. | cap. 40. |
| Discretio. | cap. 41. |
| Diues & diuitiæ. | cap. 42. |
| Dispensator. | cap. 43. |
| Dilectio. | cap. 44. |
| Doctor & prædicator. | cap. 45. |
| Dolor. | cap. 46. |
| E cclesia. | cap. 47. |
| E leemosyna. | cap. 48. |
| Elatio. | cap. 49. |
| Episcopus. | cap. 50. |
| E ides. | cap. 51. |
| F ortitudo. | cap. 52. |
| G ratia. | cap. 53. |
| G loria mundi. | cap. 54. |
| H æreticus. | cap. 55. |
| H omo. | cap. 56. |
| Honor. | cap. 57. |
| Humilitas. | cap. 58. |
| Hypocrisis. | cap. 59. |
| I ra mala. | cap. 60. |
| I ra bona. | cap. 61. |

| | |
|------------------------|----------|
| Ira Dei. | cap. 62. |
| Iudicium Dei. | cap. 63. |
| Iudicium temerarium. | cap. 64. |
| Imago. | cap. 65. |
| Iubilum. | cap. 66. |
| Infernus. | cap. 67. |
| Iustitia. | cap. 68. |
| Ingenium. | cap. 69. |
| Inuidia. | cap. 70. |
| L Abor. | cap. 71. |
| L Laus humana. | cap. 72. |
| Latitia. | cap. 73. |
| Locus. | cap. 74. |
| Loquendi opportunitas. | ca. 75. |
| M Alum. | cap. 76. |
| M Martyr. | cap. 77. |
| Matrimonium. | cap. 78. |
| Mendacium. | cap. 79. |
| Mens. | cap. 80. |
| Militia. | cap. 81. |
| Miraculum. | cap. 82. |
| Mors hominis. | cap. 83. |

| | |
|---------------------------|----------|
| Mors Christi. | cap.84 |
| Misericordia Christi. | cap.85. |
| Mulier. | cap.86. |
| Murmuratio. | cap.87. |
| Nobilitas. | cap.88. |
| Obedientia. | cap.89. |
| O ccupatio seculi. | cap.90. |
| Opus Dei. | cap.91. |
| Oratio. | cap.92. |
| Odium. | cap.93. |
| P aradisus. | cap.94. |
| Patientia. | cap.95. |
| Prælatus. | cap.96. |
| Pastor, vide tit. | Doctor. |
| Præceptum Dei. | cap.97. |
| Prædestinatio. | cap.98. |
| Perfectio hominis. | cap.99. |
| Perseuerantia. | cap.100. |
| Peccatum. | cap.101. |
| Pœnitentia. | cap.102. |
| Potentia. | cap.103. |
| Prophetia. | cap.104. |

| | |
|--------------------------|-----------|
| Prosperitas mundi. | cap. 105. |
| Purgatorium. | cap. 106. |
| R ex. | cap. 107. |
| Regnum. | cap. 108. |
| Resurrectio Christi. | cap. 109. |
| Resurrectio hominis. | ca. 110. |
| Risus. | cap. 111. |
| S acra scriptura. | cap. 112. |
| Sacerdos. | cap. 113. |
| Sacrificium. | cap. 114. |
| Securitas. | cap. 115. |
| Senectus. | cap. 116. |
| Scientia. | cap. 117. |
| Sapientia. | Ibid. |
| Simplicitas. | cap. 118. |
| Spes. | cap. 119. |
| Spiritus sanctus. | cap. 120. |
| Spiritus hominis. | cap. 121. |
| Somnium. | cap. 122. |
| Subditus. | cap. 123. |
| Superbia. | cap. 124. |
| Stulticia. | cap. 125. |

| | |
|-----------------------|-----------|
| T Aciturnitas. | cap. 126. |
| Tētatio iustorum. | cap. 127. |
| Tribulatio. | cap. 128. |
| Tentatio carnis. | cap. 129. |
| Tempus. | cap. 130. |
| Testis. | cap. 131. |
| Timor. | cap. 132. |
| V Ana gloria. | cap. 133. |
| Venia. | cap. 134. |
| Verecundia. | cap. 135. |
| Verbum. | cap. 136. |
| Vestis. | cap. 137. |
| Vita æterna. | cap. 138. |
| Vita actiua. | cap. 139. |
| Vita contemplatiua. | Ibid. |
| Virtus. | cap. 140. |
| Vitium. | p. 141. |
| Vindicta. | cap. 142. |
| Voluptas. | cap. 143. |

FINIS INDICIS
CAPITVM.

EX CHALCO-
GRAPHIA NI-
colai Bruſſé, sub
Sole aureo,
An. 1572.

EX CHALCO

GRAPHIA NI


colai Briggis


Sole aucto


An. 1776

INDICIA

CAPITVM









concedato
re
ruberto Scott
patae

Et
Jusdem Grego
Concordia qu

ALVENSLEBEN
Ek
189









DIVI
GREGORII

PAPAE, COGNOMENTO Magni, ex omnibus
eius operibus iam recens
summo studio, & labore selecti

FLORES.

*Huberto Scuteputeo, Canonico
Regis Concinnatore.*

ET

Eiusdem D. Gregorii Papae Concordia
quorundam locorum sacrae
scripturae.

Apud Sebastianum Niuellium, sub
Ciconiis, via Iacobaea.

1572.

Cum privilegio Regis.